53) Sic cod. C. N. τέμνοντας editiones.
54) Ἔτι primus Asul., in Aldina deest.
55) Sic Sarac. Priores φλοιοὺς ἀφαιρεῖν, praeter Asul., qui φλοῖ ἀφαιρές. 56) Sic C. N. X. αὐτόθι editt.
57) Cod. C. N. ἰνώδη.
58) Ald. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐν χάρτῃ. Asul., Cornar. et Goupyl. similiter, mutato χάρτῃ in χάρταις.
59) Ald. συμμονήν.
60) Asul. cum serioribus interponunt ἢ.

semen gestant, colligenda sunt; flores autem antequam sponte decidant. At fructus maturos decerpere decet, et semina, dum siccescere coeperint, antequam defluant. Succi autem herbarum aeque ac foliorum, caulibus recens germinantibus, eliciendi sunt: liquores vero (spissescentes) et lacrimae excipiantur, caulibus iam adultis incisis. Quae dein radices asservandae sunt, aut e quibus succi exprimendi vel cortices auferendi, cum primum folia amittere herbae coeperint et mundae quidem statim siccandae in locis aridis, quibus vero terra lutumve adhaerent, aqua eluendae. Flores autem et quae odorata fuerint, in cistulis tiliaceis minime humectis reponantur. Sunt et quae chartis foliisque ad seminum conservationem utiliter involvantur. Ceterum liquidis medicamentis conveniet materia quaevis densior, qualis est argentea, vitrea seu cor-

καὶ ὀστρακίνη δὲ ἡ μὴ ἀραιὰ εὔθετος, καὶ ξυλίνων δὲ ὅσα ἐκ πύξου κατασκευάζεται. τὰ δὲ χαλκᾶ ἀγγεῖα ἁρμόσει πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ φάρμακα καὶ ὑγρὰ, καὶ ὅσα δι' ὄξους ἢ πίσσης ὑγρᾶς ἢ κεδρίας κατασκευάζεται. στέατα δὲ καὶ μυελοὺς ἐν κασσιτερίνοις ἀγγείοις ἀποτίθεσθαι δεῖ.

Κεφ. ά. [Περὶ Ἴριδος.] Ἶρις [οἱ δὲ ἴρις ἰλλυρικὴ, οἱ δὲ θελπίδη [1], οἱ δὲ οὐρανία, οἱ δὲ καθαίρων, οἱ δὲ θαυμαστὸς, Ῥωμαῖοι ῥάδιξ μάρικα [2], οἱ δὲ γλαδίωλον [3], ὀπερτρίτος [4], οἱ δὲ κονσεκράτριξ, Αἰγύπτιοι νάρ.] ἀπὸ μὲν τῆς κατ' οὐρανὸν ἐμφερείας ὠνόμασται [5]. φύλλα μὲν ἔχει [6] ὅμοια ξιφίῳ, μείζονα δὲ καὶ πλατύτερα καὶ λιπαρώτερα. ἄνθη δὲ ἐπὶ κλωνίων [7] παράλληλα, ἐπικαμπῆ, ποικίλα, ἢ γὰρ λευκὰ ἢ ὠχρὰ ἢ μήλινα [8] ἢ πορφυρᾶ ἢ κυανίζοντα ὁρᾶται, ὅθεν διὰ τὴν ποικιλίαν ἀπεικάσθη ἴριδι τῇ οὐρανίᾳ. Ῥίζαι ὕπεισι γονατώδεις, στερεαὶ, εὐώδεις· τμηθεῖσαι δ' αὐταὶ

1) Cod. C. θαλπίδη. 2) Cod. C. μούρικα.
3) Ald., Asul. γαλδιόλα, Corn., Goupyl. γλαδίολα.
4) Cod. X. ὀπερτρίτις.
5) Et haec verba in notha ablegavit Asulanus cum sequacibus.
6) δὲ φέρει Ald.
7) Sic C. N. ἐπὶ καυλῷ Ald. et seriores. ἐπίκαυλα Matthiol.
8) Asulan. et Sarac. μέλανα.

nea. Quin et fictilis, si modo rara non sit, idonea est, itemque lignea, eaque potissimum, quae e buxo paratur. Apta vero erunt aenea vascula medicamentis ocularis ac liquidis, iisque omnibus, quae ex aceto, pice liquida aut cedria componuntur. Adipes autem ac medullas stanneis vasis condi oportet.

Cap. I. [*De Iride.*] Iris [illyrica, aliis thelpide, aliis coelestis, aliis purgans, aliis mirabilis, Romanis audit radix marica, aliis gladiolum, aliis opertritis, aliis consecratrix, Aegyptiis Nar.] a coelestis arcus similitudine nomen accepit. Folia habet gladiolo similia, sed maiora et latiora et pinguiora, flores vero pedunculatos aequaliter distantes, incurvos, colore varios: conspiciuntur enim vel albi vel pallidi vel lutei, purpurei etiam et coerulescentes, unde propter varios colores iridi coelesti comparati sunt. Radices subsunt geniculatae, solidae, suaveolentes, quae concisae

ξηραίνονται ἐν σκιᾷ καὶ λίνῳ διαπαρεῖσαι ἀποτίθενται[9]. Ἔστι δὲ βελτίων ἡ ἰλλυρικὴ καὶ μακεδονικὴ, καὶ ἐν ταύταις ἀρίστη ἡ πυκνόῤῥιζος καὶ ὑποκόλοβος καὶ δύςθραυστος καὶ τῇ χρόᾳ ὑπόκιῤῥος καὶ σφόδρα εὐώδης καὶ πυρώσας τὴν γλῶτταν[10]. [τήν τε ὀσμὴν εἰλικρινὴς καὶ μὴ νοτίζουσα.][11] πταρμούς τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινοῦσα. Ἡ λιβυκὴ δὲ δευτέρα τῇ δυνάμει[12], λευκὴ κατὰ χρόαν, πικρὰ πρὸς γεῦσιν. Παλαιούμεναι δὲ πᾶσαι τερηδονίζονται, εὐωδέστεραι δὲ γίνονται καὶ θερμαντικὴν ἔχουσαι δύναμιν, ἐφήλεις καθαιρούσαι καὶ φάκους καταπλαττόμεναι μετ᾽ ἐλλεβόρου λευκοῦ διπλασίονος. ἕλκη σαρκοῦσιν, καὶ τὰ δυςανάγωγα τῶν ὑγρῶν λεπτύνουσιν καὶ φθοροποιὸν δύναμιν ἀναλαμβάνουσι[13], ποτιζόμεναι μεθ᾽ ὑδρομέλιτος. Εἰσὶ δὲ καὶ ὑπνοποιοὶ καὶ δακρυοποιοὶ καὶ στρόφους ἰῶνται. Μετ᾽ ὄξους δὲ πινόμεναι θηριοδήκτοις ἀρήγουσι καὶ σπληνικοῖς καὶ σπωμένοις καὶ

9) Sic Cod. N. Vulgo ἃς δεῖ μετὰ τὴν τομὴν ξηράναντα ἐν σκιᾷ καὶ διείραντα λίνῳ ἀποτίθεσθαι.

10) Sic C. N. X. et P. τῇ γεύσει πυρωτέρα, quos sequitur Asulan. .. Ald. et Saracen. πικροτέρα.

11) Deest in C. N.

12) C. N. Sarac. δευτέρα δὲ ἡ Λιβυκὴ, — — δευτερεύουσα τῇ δυνάμει.

13) N. ἀμβλύνουσι. Omnia haec longe aliter in recentioribus codicibus leguntur. Ald. τὰ δυςανάγωγα ὑγρὰ λεπτοποιοῦσαι, καθαίρουσι δὲ πάθη καὶ χολὰς, ποτιζόμεναι.

siccantur in umbra et lino traiectae conduntur. Praestantior est illyrica et macedonica, ac ex his ipsis optima, quae radice gaudet densa, subpraescissa ac fractu difficili, coloris subfulvi, valde odorata ac linguam adurente: [odore sincera ac minime humecta:] dum tunditur, sternutationem ciet. Libyca viribus inferior est, colore albo, sapore acri. Omnes autem veterascentes vermibus obnoxiae tum demum suavius fragrant, vi praeditae calefaciente, maculas a solis ardore ortas lentiginesque purgant, cum dupla hellebori albi portione illitae. Ulcera insuper carne implent, humores, qui aegrius egeruntur, attenuant et proclivitatem ad tabem corrigunt, cum hydromelle potae. Super haec et somnum conciliant, lacrimas eliciunt et torminibus medentur. Ex aceto potae eos iuvant, qui a venenatis animalibus morsi sunt, itemque lienosos et convulsos, atque qui perfrixerunt aut rigore cor-

περιψυχομένοις ἢ ῥιγοῦσι καὶ τοῖς γόνον προϊεμένοις. Σὺν οἴνῳ δὲ ποθεῖσαι ἄγουσιν ἔμμηνα· καὶ τὸ ἀπόζεμα δὲ αὐτῶν πρὸς γυναικείας πυρίας εὔθετον, μαλάσσον τοὺς τόπους καὶ ἀναστομοῦν[14]. προςτεθεῖσαι δὲ ὡς κολλύριον μετὰ μέλιτος, ἔμβρυα κατασπῶσι· μαλάσσουσι δὲ χοιράδας καὶ σκιῤῥώματα παλαιὰ ἑφθαὶ καταπλασθεῖσαι. Ὠφελοῦσι δὲ καὶ κεφαλαλγίας σὺν ὄξῳ καὶ ῥοδίνῳ καταπλασθεῖσαι. μίγνυνται δὲ καὶ πεσσοῖς καὶ μαλάγμασι καὶ ἀκόποις· καὶ καθόλου εἰσὶ πολύχρηστοι.

Κεφ. β΄. [Περὶ Ἀκόρου[15].] Ἄκορον [οἱ δὲ χορὸς ἀφροδισίας, Ῥωμαῖοι βενέρεα, οἱ δὲ ναυτικὰ ῥάδιξ, Γάλλοι πεπεράκιουμ.] τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἐμφερῆ ἴριδι[16], στενώτερα δὲ, καὶ τὰς ῥίζας οὐκ ἀνομοίους, διαπεπλεγμένας δὲ καὶ οὐκ εἰς εὐθὺ πεφυκυίας ἀλλὰ πλαγίας καὶ ἐξ ἐπιπολῆς[17], γόνασι διειλημμένας, ὑπολεύκους, δριμείας δὲ τῇ γεύσει καὶ τῇ ὀσμῇ οὐκ ἀηδεῖς. Διαφέρει δὲ τὸ πυκνὸν καὶ λευκὸν, ἄβρωτόν τε καὶ πλῆρες εὐωδίας[18]. Τοιοῦτον δ᾽ ἐστὶ τὸ ἐν

14) Ald. ἰσχιάδος τε εἰς ἔγκλυσμα καὶ συρίγγων καὶ κόλπων σαρκωτικά: quae hic inepte, etiamsi aliae sequantur editiones.
15) Totum hoc caput deest in Cod. N. 16) X. κρίνῳ.
17) Cod. C. ἐπιπλοκῆς.
18) Edit. εὐῶδες.

repti sunt, aut quibus genitura effluit. Ex vino potae menstruum cursum promovent: decoctum ad muliebria fomenta commodum, molliens nimirum loca ac aperiens. Quin et cum melle in massam pultaceam (depstae et) subditae fetus extrahunt. Molliunt etiam strumas scirrhosque inveteratos, dum coctis (partes) foventur. Conferunt et ad capitis dolores, ex aceto et rosaceo appositae: miscentur denique pessis et malagmatis acopisque, ac generatim ad multa sunt utilissimae.

Cap. II. [*De Acoro.*] Acorum [Alii choron aphrodisias, Romani veneream, aut radicem nauticam, Galli peperacium dicunt.] habet folia iridis aemula sed angustiora, radices non dissimiles verum implicitas, neque in rectum natas sed obliquas ac superficiem (legentes), geniculis interceptas, subalbidas, gustu acres et odore non ingratas. Praestat vero (acorum) densum, album, non exe-

Κολχίδι καὶ ἐν Γαλατίᾳ σπληνίον[19] λεγόμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα θερμαντικήν· πινόμενον δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ οὖρα κινεῖ, ἁρμόζον πρὸς πλευρᾶς πόνον καὶ θώρακος καὶ ἥπατος, στρόφους, ῥήγματα, σπάσματα· σπλῆνας τήκει. ὠφελεῖ καὶ στραγγουριῶντας καὶ θηριοδήκτους, καὶ εἰς ἐγκάθισμα ὡς ἶρις πρὸς τὰ γυναικεῖα ἁρμόζει. Ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἀποκαθαίρει τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, μίγνυται δὲ τοῖς ἀντιδότοις ἡ ῥίζα χρησίμως.

Κεφ. γ΄. [Περὶ Μήου.] Μῆον[20] τὸ καλούμενον ἀθαμαντικὸν γεννᾶται πλεῖστον ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἱσπανίᾳ, ὅμοιον καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἀνήθῳ, παχύτερον [βραχύτερον] δὲ τοῦ ἀνήθου. Δίπηχύ που ἀναβαῖνον, [καὶ πολλάκις[21]] ταῖς ῥίζαις ὑπεσπαρμένον λεπταῖς, πλαγίαις καὶ εὐθείαις, μακραῖς, εὐώδεσι, θερμαινούσαις τὴν γλῶτταν. αἵτινες ἀποζεσθεῖσαι μεθ᾽ ὕδατος, ἢ καὶ λεῖαι δίχα ἑψήσεως ποθεῖσαι, τὰ στεγνὰ περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς πάθη παρηγοροῦσι καὶ δυςουρίαις ἁρμόζουσι, στομάχου τε ἐμπνευματώσεσι

19) Sic cod. C... Ald. *καὶ τῇ Γαλατίᾳ ἀσπλέτιον*. Asul., Cornar., Goupyl. *ἀσπλήτιον*. Sarac. *ἀσπλήνιον*. 20) *Μεῖον* Ald. 21) C. N.

sum, suavis odoris plenum. Huiusmodi est, quod in Colchide et in Galatia splenion dicitur.

Vim habet radix calefacientem, potum eius decoctum urinas ciet, lateris, thoracis hepatisque doloribus congruum, torminibus (etiam), ruptis, convulsis. Lienes liquefacit, iuvat et eos qui urinae difficultatem patiuntur et qui animalibus venenatis morsi sunt. Insuper insessu, sicut iris, ad muliebria expedit. Succus radicis discutit, quae caliginem pupillis offundunt. Utiliter etiam radix antidotis miscetur.

Cap. III. [*De Meo.*] Meum quod appellatur athamanticum abunde in Macedonia et Hispania nascitur, caule foliisque anetho simile, sed eo ipso crassius [brevius.] Ad duos aliquando cubitos succrescit, sparsis saepe ima parte radicibus tenuibus, (partim) obliquis, (partim) et rectis, longis, odoratis linguamque calefacientibus. Hae dum ex aqua coctae aut etiam citra cocturam tritae bibuntur, ex obstructis vesicae renumque viis affectus sedant, urinae difficultati conducunt, itemque stomachi inflationibus, tor-

καὶ στρόφοις, ὑστερικαῖς τε διαθέσεσι[22] καὶ ἄρθρων πόνοις. Θώρακι ῥευματιζομένῳ σὺν μέλιτι λεῖαι ἀντὶ ἐκλεκτοῦ βοηθοῦσιν, αἷμα τε ἄγουσι δι' ἐμμήνων, ἀποζεσθεῖσαι εἰς ἐγκάθισμα. Παιδίων δὲ καταπλασθεῖσαι ἐφηβαίοις[23] οὖρα ἄγουσιν. Ἐστὶ δὲ καὶ κεφαλαλγὲς πλεῖον ἢ δεῖ πινόμενον.

Κεφ. δ'. [Περὶ Κυπείρου.] Κύπειρος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτον ὡς τὴν ἀσπάλαθον καλοῦσι [Ῥωμαῖοι ἰούγκι ῥαδίκεμ, οἱ δὲ ἰούγκουμ.]· Φύλλα δ' ἔχει ὅμοια πράσῳ, μακρότερα δὲ καὶ ἰσχνότερα [καὶ σκληρότερα[24]] καυλὸν δὲ πηχυαῖον ἢ καὶ μείζονα, γωνυώδη, ὅμοιον σχοίνῳ, οὗ κατὰ κορυφὴν φυλλαρίων ἐστὶν ἔκφυσις μικρῶν[25] καὶ σπέρματος. Ῥίζαι δ' ὕπεισιν, ὧν καὶ ἡ χρῆσις, ὥςπερ ἐλαίαι ἐπιμήκεις[26], συναφεῖς ἑαυταῖς, ἢ καὶ στρογγύλαι, μέλαιναι, εὐώδεις, ἔμπικροι. Φύεται δὲ ἐν τόποις ἐργασίμοις καὶ τελματώδεσιν. Ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ βαρυτάτη καὶ πυκνὴ καὶ ἁδρὰ, δύςθραυστος, τραχεῖα, εὐώδης μετά τινος δριμύτητος·

22) διαρθρώσεσι Ald.
23) ἐφ' ἡβαίου Ald. 24) C. N.
25) Sambuc. μακρῶν, perperam.
26) Sic C. Ald. ὥςπερ ἐπιμήκεις ἐλαίας. Asulan. ὥςπερ ἐπιμήκεις· ὡς ἐλαίαι συναφεῖς. Saracen. ἐπιμήκεις ὥςπερ ἐλαίας.

minibus, ad hystericas passiones proclivitatibus doloribusque articulorum. Thoraci quoque fluxione laboranti cum melle ad eclegmatis instar tritae auxiliantur: ad insessum coctae sanguinem per menstrua ducunt. Infantium pubi illitae urinas movent. Quod si vero largius iusto bibitur, capitis dolorem ciet.

Cap. IV. [*De Cypero.*] Cyperum nonnulla aeque ac aspalathum erysisceptrum vocant [Romani iunci radicem, alii iuncum]. Folia habet porro similia, sed longiora, angustiora et rigidiora; caulem vero cubitalem et altiorem, angulatum, schoeno similem, ad cuius cacumen foliola excrescunt minuta et semen. Radices subiacent, quae etiam in usu sunt, ad olivarum oblongarum instar secum nexae, aut subrotundae, nigrescentes, odoratae, amaricantes. Nascitur autem in locis cultis iuxta ac in palustribus. Optima radix, quae pondere excellit, solida, plena, aegre fragilis, aspera, odorata cum quadam acri-

τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ κιλίκιος[27] καὶ ἡ συριακὴ καὶ ἡ ἀπὸ τῶν κυκλάδων νήσων. Δύναμις δέ ἐστιν αὐτῇ θερμαντική, ἀναστομωτική, διουρητική· λιθιῶσι καὶ ὑδρωπικοῖς βοηθεῖ καὶ σκορπιοδήκτοις, καὶ ταῖς περὶ μήτρας καταψύξεσι καὶ μύσεσι πυριωμένη ἁρμόζει[28], ἄγουσα ἔμμηνα· ποιεῖ δὲ καὶ τοῖς ἐν στόματι ἕλκεσι καὶ νεμομένοις ξηρὰ λεῖα. Μίγνυται δὲ μαλάγμασι θερμαντικοῖς καὶ εἰς τὰ στύμματα τῶν μύρων εὐθετεῖ[29]. Ἱστορεῖται δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κυπείρου ἐν Ἰνδίᾳ γεννώμενον, προςεοικὸς ζιγγιβέρει, ὃ διαμασσηθὲν κροκῶδες καὶ πικρὸν εὑρίσκεται· καταχρισθὲν δὲ παραχρῆμα ψιλοῖ τὰς τρίχας.

Κεφ. ε'. [Περὶ Καρδαμώμου.] Καρδάμωμον ἄριστον τὸ ἐκ τῆς Κομαγηνῆς καὶ Ἀρμενίας καὶ Βοσπόρου κομιζόμενον· γεννᾶται δὲ ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ. Ἐκλέγου δὲ τὸ δύςθραυστον, πλῆρες, μεμυκὸς, [τὸ γὰρ μὴ τοιοῦτον ἔξωρόν ἐστι][30] καὶ τὸ τῇ ὀσμῇ πληκτικὸν, γεύσει δὲ δριμὺ καὶ ὑπόπικρον. Δύναμιν δ' ἔχει θερμαντικήν· ποιεῖ δὲ μεθ' ὕδατος πινόμενον πρὸς ἐπιληπτικοὺς, βήττοντας, ἰσχιαδικοὺς,

27) Asulan. et Sarac. κιλίκις. 28) Ald. βοηθεῖ.
29) Sambuc. εὐχρηστεῖ.
30) Haec in plerisque codicibus desunt: sed Ald. habet.

monia: talis est cilicia et cyriaca et quae ex insulis cycladibus. Vis ei calefaciens, ostia recludens, urinam ciens, calculosis et hydropicis auxilio est, et a scorpione ictis. Quin et in vulvae perfrigeriis et obstructionibus fotu conducit, menses evocans. Sicca et ad laevorem trita facit ad oris ulcera etiam depascentia. Miscetur et malagmatibus calefacientibus et ad unguentorum spissamenta adaptatur. Memoratur et altera cyperi species, in India proveniens, zingiber referens, quae manducata crocea fit et amara deprehenditur. Illita vero quamprimum depilat.

Cap. V. [*De Cardamomo.*] Cardamomum optimum, quod e Comagene, Armenia et Bosporo importatur, nascitur autem in India et Arabia. Eligito, quod est frangenti contumax, plenum, occlusum [quod enim tale non est, immaturum iudicatur], odore caput tentante, gustu acre et subamarum. Vim habet calefacientem. Ex aqua potum facit ad epilepticos, tussientes, ischiadicos, nervorum reso-

καὶ παράλυσιν, ῥήγματα, σπάσματα, στρόφους, καὶ ἕλμινθα πλατεῖαν ἐκβάλλει· μετ᾽ οἴνου δὲ πινόμενον νεφρικοῖς[31], δυςουροῦσι, σκορπιοπλήκτοις καὶ πᾶσι τοῖς ἰοβόλοις ἁρμόζει· μετὰ δὲ δάφνης ῥίζης φλοιοῦ ποθὲν, ὅσον <, λίθους θρύπτει· φθείρει καὶ ἔμβρυα ὑποθυμιώμενον, καὶ ψώρας ἐξαίρει σὺν ὄξει καταχριόμενον· μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις [καὶ ἑτέρας ἀντιδότους.][32]

Κεφ. ς'. [Περὶ Νάρδου.] Νάρδου ἐστὶ δύο γένη· ἡ μὲν γάρ τις καλεῖται ἰνδικὴ, ἡ δὲ συριακή· οὐχ ὅτι ἐν Συρίᾳ εὑρίσκεται, ἀλλ᾽ ὅτι τοῦ ὄρους ἐν ᾧ γεννᾶται τὸ μὲν πρὸς Συρίαν τέτραπται, τὸ δὲ πρὸς Ἰνδούς· καὶ τῆς λεγομένης συριακῆς ἔστι βελτίων ἡ πρόςφατος, κούφη καὶ πολύκομος[33], ξανθὴ τὴν χρόαν, εὐώδης ἄγαν καὶ μετὰ τοῦ κυπειρίζειν ἐν τῇ ὀσμῇ, πυκνὸν[34] ἔχουσα τὸν στάχυν, πικρὰ τὴν γεῦσιν, καὶ γλώσσης ἀναξηραντικὴ, ἐπιμένουσά τε τῇ εὐωδίᾳ ἐφ᾽ ἱκανόν. Τῆς δὲ ἰνδικῆς ἡ μέν τις λέγεται γαγγῖτις, ἀπό τινος ποταμοῦ παραῤῥέοντος τοῦ ὄρους, Γάγγου καλουμένου, παρ᾽ ᾧ φύεται· ἀσθενεστέρα τὴν[35])

31) Solus Sarac. νεφριτικοῖς.
32) Uncinis inclusa solus habet Sarac.
33) Πλατύκομος legisse videtur Ruellius, qui *largam* habeat *comam*.
34) Sic C. N. μικρὸν Edit. 35) Sic C. N. Edit. κατὰ.

lutiones, rupta, convulsa, tormina, ac vermem latum expellit. E vino potum confert renum vitio laborantibus, difficulter mingentibus, et qui a scorpione ac a ceteris omnibus venenatis animalibus icti sunt. Cum lauri vero radicis cortice drachmae pondere bibitum calculos comminuit, nec non fetus suffitum enecat et psoras ex aceto illitum aufert. Quin et ad unguentorum spissamenta [aliasque antidotos] additur.

Cap. VI. [*De Nardo.*] Nardi duo sunt genera, altera nimirum indica, syriaca altera vocatur, non quod in Syria inveniatur, sed quod montis, in quo nascitur, altera pars Syriam altera Indos spectet. Ac e syriaca praestantior est recens, levis et comosa, colore luteo, valde odorata, nisi quod cyperum aemuletur. Densam habet spicam, gustu amaram linguámque siccante, diu suavem servans odorem. Ex indicae genere est, quae Gangitis appellatur, a fluvio quodam, cui Ganges nomen, montem

δύναμιν οὖσα, διὰ τὸ ἐφ᾽ ὑδατωδῶν τόπων εἶναι, καὶ ἐπιμηκεστέρα, πλείονάς[36] τε ἔχουσα τοὺς στάχεις ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης, καὶ πολυκόμους καὶ περιπεπλεγμένους, βρωμώδεις κατὰ τὴν ὀσμήν· ἡ δὲ ὀρεινὴ μελαντέρα[37], εὐωδεστέρα, κολοβόσταχυς, κυπειρίζουσα κατὰ τὴν εὐωδίαν, ἔχουσά τε καὶ τὰ ἄλλα ἐν αὐτῇ, ὅσα περ καὶ ἡ συριακὴ λεγομένη. Καλεῖται δέ τις καὶ σαμφαριτικὴ, σφόδρα κολοβὴ, ἀπὸ χωρίου ὠνομασμένη, μεγαλόσταχυς, λευκότερον καυλὸν ἔσθ᾽ ὅτε μέσον ἔχουσα, ὑπερτραγίζοντα τῇ ὀσμῇ, ἣν δεῖ ἀπεκλέγεσθαι. Πιπράσκεται δὲ καὶ ἀποβεβρεγμένη, ὅπερ γινώσκεται ἐκ τοῦ λευκὸν εἶναι τὸν στάχυν καὶ αὐχμηρὸν καὶ μὴ ἔχειν τὸν χνοῦν. Δολίζουσι δὲ αὐτὴν ἐμφυσῶντες στίμμι μεθ᾽ ὕδατος ἢ οἴνου φοινικίτου[38], πρὸς τὸ συμπιλοῦσθαι αὐτὴν καὶ βαρυτέραν γίνεσθαι. Ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἀφαιρεῖν δεῖ, εἰ προσείη ταῖς ῥίζαις πηλὸς καὶ σήθειν χωρίζοντα τὸν κονιορτὸν, εὐχρηστοῦντα εἰς χειρόνιπτρον. Δύναμιν δὲ

36) Ald. πλήρεις.

37) Sic manifesto e codicum principum fide et comparatis Galen. simpl. lib. 8. p. 85. et Paull. Aegin. lib. 7. p. 248. Ald. ἡ δὲ ὀρεινὴ εὐωδεστέρα. Asulan. ἡ δὲ ὀρεινοτέρα εὐωδεστέρα, quem sequuntur Cornar., Goupyl. et Sarac.

38) Veram esse lectionem, patet e lib. 5. c. 40. Cod. N. φοινικίου. Ald. φοινικίνου.

praetercurrente, in quo nascitur. Debilior efficacia est, quod in aquosis provenit locis; est etiam procerior ac complures habet spicas ex eadem radice tum comosas tum inter se implexas et odore virosas. Montana vero magis nigricans, fragrantior, brevibus spicis, cyperi quicquam redolet, ceterasque habet dotes syriacae appellatae. Est et quaedam sampharitica a loco natali dicta, admodum brevis, sed magnas habens spicas, inter quas medius interdum prorumpit caulis albidior et supra modum hircinus: eam reiicere oportet. Venditur et madefacta, quod vitium ex eo cognoscitur, quod spica sit candida, squalida nullaque obsita lanugine. Adulteratur inflato stibio cum aqua aut vino palmeo, quo videlicet magis compacta appareat et ponderosior. Usus tempore, si quid luti radicibus adhaeserit, id ipsum auferre oportet, ut et pulverem cribro secernere, qui quidem ad manus lavandas commo-

ἔχουσι θερμαντικὴν, ξηραντικὴν, οὐρητικὴν, ὅθεν κοιλίαν τὲ ἱστᾶσι πινόμεναι καὶ τὰς ἐκ μήτρας ῥύσεις προστιθέμεναι καὶ ἰχῶρας στέλλουσι· βοηθοῦσι δὲ καὶ ναυτίαις σὺν ψυχρῷ ὕδατι πινόμεναι καὶ καρδιωγμοῖς καὶ ἐμπνευματικοῖς[39], ἡπατικοῖς τε καὶ ἰκτερικοῖς καὶ νεφριτικοῖς· ἐναφεψηθεῖσαι δὲ ὕδατι καὶ πυριαθεῖσαι εἰς ἐγκάθισμα τὰς ἐν μήτρᾳ φλεγμονὰς[40] ἰῶνται· ποιοῦσι δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μυδήσεις τῶν βλεφάρων, στύφουσαι καὶ δασύνουσαι τὰς βλεφαρίδας, καθύγροις δὲ σώμασι διάπασμα. Μίγνυνται δὲ καὶ ἀντιδότοις· ἀποτίθενται δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀγγείῳ καινῷ[41] ἀκωνίστῳ[42], λειοτριβηθεῖσαι σὺν οἴνῳ καὶ ἀναπλασθεῖσαι.

Κεφ. ζ. [Περὶ κελτικῆς Νάρδου.] Ἡ δὲ κελτικὴ νάρδος γεννᾶται μὲν ἐν τοῖς κατὰ Λιγυρίαν ἄλπεσιν, ἐπιχωρίως ὠνομασμένη σαλιούγκα[43]· γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰστρίᾳ. Ἔστι δὲ θαμνίσκος μικρὸς σὺν ταῖς ῥίζαις εἰς δέσμας ἀναλαμβανόμενος χειροπληθεῖς· ἔχει δὲ φύλλα ἐπιμήκη[44], ὑπό-

39) Sic C. N. ἐμπνευματουμένοις Ald., Asul., Sarac.
40) Sic C. N. Edit. φλεγμονὰς μήτρας. 41) Ald. τινὶ.
42) Vulgata lectio ἀκονίτῳ expungenda.
43) Sic Ald. ἁλιουάσκα cod. Goupyl. ἀλιουγγία Asul., Corn., Sarac.
44) Sic C. N. Ald. ὑπομήκη.

dus est. Vim autem habent calefacientem, siccantem lotiumque cientem: quamobrem alvum epotae sistunt et fluxiones ex utero appositae et saniem compescunt. Ex frigida potae in nausea expediunt et ventriculi doloribus spasticis, in flatibus etiam, iocinoris renumque affectibus, ictero denique. Aquae vero incoctae aut ad fotum insessumque adhibitae, uteri inflammationibus medentur. Conducunt etiam oculis, dum nimio humorum fluxu palpebrae laborant, ipsa cilia astringentes condensantesque. Quin et humidis corporibus conferunt ad pulvillos odoratos, [diapasmata Theophr. de odor. 57. Plin. 13, 3.] Miscentur etiam antidotis. Ad ocularia medicamenta cum vino ad laevorem tritae et in pastillorum formam redactae in vase novo non picato conduntur.

Cap. VII. [*De celtica Nardo.*] Nardus celtica nascitur quidem in Liguriae alpibus, vernacule saliunca dicta: nascitur et in Istria. Est vero fruticulus parvus, qui cum radicibus in fasciculos colligitur manuales. Fo-

ξανθα, ἄνθος μήλινον. Μόνων δὲ τῶν καυλῶν ἐστι καὶ τῶν ῥιζῶν ἡ χρῆσις καὶ ἡ εὐωδία· ὅθεν δεῖ πρὸ μιᾶς ἡμέρας καταῤῥάναντας ὕδατι τὰς δέσμας καὶ χωρίζοντας τὸ γεῶδες τιθέναι ἐπ' ἐδάφους νοτεροῦ, προϋποκειμένου χαρτίου, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ καθαίρειν· οὐ γὰρ συναποκαθαίρεται τῷ ἀχυρώδει καὶ ἀλλοτρίῳ τὸ εὔχρηστον, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἰκμάδος εὐτονίαν. Δολίζεται δὲ συναποτιλλομένης[45] αὐτῇ πόας ἐμφεροῦς, ἣν διὰ τὸ περὶ τὴν ὀσμὴν βρωμῶδες τράγον καλοῦσιν· εὐχερὴς δὲ ἡ ἐπίγνωσις, ἄκαυλος γάρ ἐστιν ἡ πόα καὶ λευκοτέρα καὶ ἧττον ἐπιμήκη τὰ φύλλα ἔχει, οὐδὲ τὴν ῥίζαν πικρὰν ἢ ἀρωματίζουσαν ὥςπερ ἐπὶ τῆς ἀληθινῆς ἔχει. Ἀποκρίνας οὖν τὰ καυλία καὶ τὰς ῥίζας, τὰ δὲ φύλλα ῥίψας, εἰ βούλει δ' ἀποτίθεσθαι, ἀναλαμβάνων λεῖα οἴνῳ καὶ τροχίσκους ἀναπλάσας[46], φύλαττε ἐν ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ καινῷ, πωμάζων ἐπιμελῶς. Ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ πρόσφατος καὶ εὐώδης, πολύῤῥιζος[47], οὐκ εὔθρυπτος, πλήρης. Δύναται δὲ ὅσα καὶ ἡ συριακὴ, διουρητικωτέρα τὲ καὶ εὐστομαχωτέρα· ὠφελεῖ δὲ καὶ τὰς περὶ τὸ ἧπαρ φλεγμονὰς, καὶ ἰκτερικοὺς

45) Ald. συναποτιθεμένης.
46) Ald. τροχίσκους ἀναπλάττων.
47) Βαθύῤῥιζος, quod X. habet, minus quadrat.

lia habet oblonga, subflavescentia, flores subluteos. Caulium duntaxat et radicum usus est et fragrantia. Quare pridie aspersos aqua fasciculos, amoto si quid terreni adhaeserit, in humidiore solo, supposita prius charta, insternere oportet, ac postridie repurgare: siquidem cum aceroso et alieno minime simul utile, propter humoris vim, excutitur. Adulteratur autem simul evulsa herba persimilis, quam virosi odoris caussa hirculum appellant. Dignotu vero faciles sunt: haec enim est planta acaulis et albidior, folia etiam minus oblonga sunt, nec radix amara aut aromatica, sicut genuina. Itaque abiectis foliis cauliculos radicesque seponito: quodsi ad usum conditurus es, tritas vino excipito, atque ex iis concinnatos pastillos fictili vase novo ac diligenter operculato servato. Optima vero censetur quae recens est, suave olens, radiculosa, minime fragilis, ac plena. Iisdem quibus et syriaca viribus pollet, sed et valentius urinam ciet, et stomacho magis

καὶ πνευματώσεις στομάχου, μετ᾽ ἀφεψήματος ἀψινθίου πινομένη· ὁμοίως καὶ σπλῆνα καὶ τὰ περὶ τὴν κύστιν καὶ νεφροὺς, καὶ πρὸς τὰ ἰοβόλων δήγματα σὺν οἴνῳ· καὶ εἰς τὰ μαλάγματα μίγνυται καὶ ποτίσματα καὶ χρίσματα θερμαντικά.

Κεφ. ή. [Περὶ ὀρεινῆς Νάρδου.] Ἡ δὲ ὀρεινὴ νάρδος, καλουμένη δ᾽ ὑπό τινων καὶ θυλακῖτις καὶ νῆρις, γεννᾶται ἐν Κιλικίᾳ καὶ Συρίᾳ· φύλλα καὶ καυλοὺς ὅμοια ἠρυγγι[48] ἔχουσα, μαλακώτερα[49] μέν. [οὐ μὴν τραχέα καὶ ἀκανθώδη.] Ῥίζαι δὲ ὕπεισι μέλαιναι, εὐώδεις, δύο ἢ πλείους, ὥςπερ ἀσφοδέλου, ἰσχνότεραι δὲ καὶ μικρότεραι πολλῷ. Οὔτε δὲ καυλὸς οὔτε καρπὸς οὔτε ἄνθος συμφέρει[50]· ποιεῖ δὲ ἡ ῥίζα πρὸς ὅσα καὶ ἡ κελτικὴ νάρδος.

Κεφ. θ́. [Περὶ Ἀσάρου.] Ἄσαρον. οἱ δὲ νάρδον ἀγρίαν καλοῦσι [προφῆται αἷμα Ἄρεως, Ὀσθάνης Θέσαν, Αἰγύπτιοι κερέεραν, Ῥωμαῖοι περιπρέσαμ, οἱ δὲ βάκχαρ, Θοῦσκοι σούκκινουμ, οἱ δὲ νάρδον ῥούστικουμ][51] [πόα

48) Sic C. N. X. Edit. ἠρυγγίῳ. 49) C. N. X. Edit. μικρότερα.
50) Haec e coniectura Alex. Justiniani Chii apud Anguillar. p. 24. et Matthioli p. 29., quanquam codd. consentiant in corrupta lectione: *Οὔτε δὲ καυλὸν οὔτε καρπὸν οὔτε ἄνθος φέρει.*
51) Ald. addit: γάλλοι βάκκαρ.

confert. Iuvat in hepatis inflammationibus et ictero et inflationibus ventriculi, cum absinthii decocto pota: similiter valet et ad splenis vesicaeque et renum vitia, itemque ex vino et ad venenatorum morsus. Ceterum admiscetur quoque malagmatibus, potionibus unguentisque calefacientibus.

Cap. VIII. [*De Nardo montana.*] Nardus montana, a nonnullis et thylacitis et neris vocata, nascitur in Cilicia et Syria. Folia habet eryngi similia, sed molliora [non enim aspera aut spinosa]. Subsunt radices nigrae, odoratae, duae aut plures, asphodeli forma, angustiores tamen et minores. Nec caulis nec fructus nec flos confert, sed radix valet ad ea omnia, ad quae et celtica nardus.

Cap. IX. [*De Asaro.*] Asarum, quod et nardum sylvestrem nonnulli appellant, [prophetae Martis sanguinem, Osthanes thesam, Aegyptii kereeran, Romani perpressam, alii bacchar, Thusci succinum, nonnulli nardum

εὐώδης στεφανωματική][52]. Φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια, μικρότερα δὲ πολλῷ καὶ στρογγυλώτερα· ἄνθη μεταξὺ τῶν φύλλων πρὸς τῇ ῥίζῃ, πορφυρᾶ[53], ὑοσκυάμῳ ἢ κυτίνῳ ἐμφερῆ, καὶ τὸ σπέρμα ἐοικὸς γιγάρτῳ[54]. Ῥίζαι δ' ὕπεισι πολλαὶ, γονατώδεις, λεπταὶ, πλάγιαι, ὅμοιαι ἀγρώστει, ἰσχνότεραι μέν τοι πολλῷ καὶ εὐώδεις[55], θερμαίνουσαι καὶ δάκνουσαι λίαν τὴν γλῶσσαν. Δύναμις δὲ αὐτῶν διουρητικὴ, θερμαντικὴ καὶ ἐμετικὴ, ἁρμόζουσα ὑδρωπικοῖς, ἰσχιαδικοῖς χρονίοις· ἄγουσι δὲ καὶ ἔμμηνα· μετὰ μελικράτου ποθεῖσαι αἱ ῥίζαι πλῆθος < ϛ' καθαίρουσιν ὡς ἐλλέβορος λευκός· μίγνυνται δὲ καὶ μύροις· φύεται ἐν ὑποσκίοις ὄρεσι, πλεῖστα δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Φρυγίᾳ καὶ Ἰλλυρίδι καὶ παρὰ Οὐεστίνοις[56] τῆς Ἰταλίας.

Κεφ. ί. [Περὶ Φοῦ.] Φοῦ, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀγρίαν νάρδον καλοῦσι· γεννᾶται μὲν ἐν Πόντῳ, φύλλα δὲ ἐλαφο-

52) Uncinis inclusa habent Ald., Cornar., Cod. C.

53) Ald. addit εὐώδη.

54) Ald. addit: ἔχον καυλία γωνιοειδῆ, ὑποτραχέα, ἀραιά. Quae quidem lectio, etiamsi a posterioribus negligatur, approbatur tamen tum ab Hermolao Barbaro, tum a Marcello Vergilio, tum a codice parisino, quem Goupylus legit.

55) Ald. addit: ἐοικυῖαι τῇ ὀσμῇ κινναμώμῳ.

56) Optime Goupylus e cod. P. Vestinorum gens Aterni accola in Piceno. Plin. 3, 17. Alii legunt Ἰουστίνῃ, cuius nulla mentio apud antiquos. — Omnia haec satis manca in Ald.

rusticum.] Folia habet hederae similia, sed minora multo et rotundiora, florem inter folia iuxta radicem, hyoscyami aut punicae similem, semen acinum referens. Radices subiacent numerosae, geniculatae, tenues, obliquae, gramini similes, longe tamen graciliores ac odoratae, calefacientes valdeque mordentes linguam. Vis earum calefaciens, urinam vomitumque ciens, prosunt iis, quos hydrops et coxendicis dolor diu traxit; menses quoque proliciunt. Senis drachmis ex mulsa bibitae radices hellebori albi modo purgant. Miscentur et unguentis. Provenit autem (asarum) in umbrosis montibus, abundans in Ponto et Phrygia, Illyrico et apud Vestinos Italiae.

Cap. X. [*De Phu.*] Phu, quod et ipsum aliqui sylvestrem nardum nominant, in Ponto nascitur, folia

βόσκῳ ἢ ἱπποσελίνῳ παραπλήσια ἔχει, καυλὸν πηχυαῖον, ἢ μείζω, λεῖον, τρυφερὸν, ἐμπόρφυρον, μεσόκοιλον, διειλημμένον γόνασιν, ἄνθη πρὸς τὰ τῆς νάρδου, μείζονα[57] δὲ καὶ τρυφερώτερα καὶ ἐν τῷ ὑπολεύκῳ διαπόρφυρα. Ῥίζα δὲ ἡ μὲν ἀνωτέρω περὶ δακτύλου μικροῦ τὸ πάχος, πλάγια δὲ ἐπιῤῥίζια ἔχει, καθάπερ σχοῖνος ἢ μέλας ἐλλέβορος, ἀλλήλοις ἐπιπεπλεγμένα, ὑπόξανθα, εὐώδη, ναρδίζοντα τῇ ὀσμῇ, μετά τινος βάρους βρωμώδους. Δύναται δὲ θερμαίνειν, οὖρα κινεῖν ξηρὰ ποτιζομένη· καὶ τὸ ἀπόζεμα δὲ αὐτῆς τὸ αὐτὸ δύναται ποιεῖν καὶ πρὸς πλευρᾶς πόνον· ἔμμηνά τε ἄγει καὶ ἀντιδότοις μίγνυται. Δολοῦται δὲ ὀξυμυρσίνης ῥίζαις παραμιγνυμένη· εὐχερὴς δὲ ἡ ἐπίγνωσις αὐτῆς ἐστι· σκληραὶ γάρ εἰσιν αὗται καὶ δύςθραυστοι, δίχα εὐωδίας.

Κεφ. ιά. [Περὶ Μαλαβάθρου.] Μαλάβαθρον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τῆς ἰνδικῆς νάρδου φύλλον, πλανώμενοι

57) Quanquam codices omnes habent ναρκίσσου, ubi ego cum Fabio Columna νάρδου posui, defendenda tamen audacia, quod nulla profecto similitudo narcissum valerianamque secum iungat. Sequens μείζονα s. μείζω, quod omnes habent editiones, praeferendum τῷ ἥττονα cod. C. N., ut et sequens ἐπιῤῥίζια τῷ ὑποῤῥίζια cod. C. N. Et Ruellius et Anguillara et plures alii haerentes in hoc loco suspicati sunt corruptelam. Dalechampius ad Plin. 12, 12. πρὸς τὰ τοῦ κισσοῦ hariolatus est. Serapion cap. 62. iam *Marciscum* habet, sed pro ἐλαφοβόσκῳ etiam ἐλλεβόρῳ legit.

habet pastinacae aut oleri atro similia, caulem cubitalem vel maiorem, laevem, mollem, purpurascentem, fistulosum, geniculis intereeptum. Flores nardi quodammodo forma, sed maiores et teneriores, ex albido purpurascentes. Radix superiore parte digiti parvi crassitiem aequat, sed subiectas habet ex obliquo radiculas, sicut schoenus aut helleborus niger, inter se implexas, flavescentes, odoratas cum virosa quadam gravitate. Arida potui data vim habet calefaciendi lotiumque ducendi. Decoctum vero ipsius idem praestare potest et ad lateris dolorem. Menses etiam ciet et antidotis additur. Adulteratur rusci radicibus admixta, sed facile est illas dignoscere: durae enim sunt et frangi contumaces, citra gratiam odoris ullam.

Cap. XI. [*De Malabathro.*] Malabathrum nonnulli nardi indicae arbitrantur esse folium, odoris quadam cogna-

ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφερείας· πολλὰ γάρ ἐστιν ὅμοια τῇ ὀσμῇ νάρδῳ, ὥς τὸ φοῦ, ἄσαρον, νῆρις[58]· οὐκ ἔχει δὲ οὕτως· ἴδιον γάρ ἐστι γένος φυόμενον ἐν τοῖς ἰνδικοῖς τέλμασι, φύλλον ὂν ἐπινηχόμενον ὕδατι, καθάπερ οἱ ἐπὶ τῶν τελμάτων φακοὶ[59], ῥίζαν οὐκ ἔχον· ὅπερ συλλέγοντες εὐθέως διαπείρουσι λίνῳ καὶ ξηράναντες ἀποτίθενται. Φασὶ δὲ καὶ τῆς θερείας ἀναξηρανθέντος τοῦ ὕδατος, καίεσθαι φρυγάνοις τὴν γῆν, μὴ γενομένου γὰρ τούτου, μηκέτι φύεσθαι. Ἔστι δὲ καλὸν τὸ πρόςφατον καὶ ὑπόλευκον ἐν τῷ μαλακίζειν[60], ἄθραυστον δὲ καὶ ὁλόκληρον, πληκτικὸν τῇ ὀσμῇ, καὶ ἐπιδιαμένον τῇ εὐωδίᾳ, ναρδίζον δὲ καὶ[61] τῇ γεύσει μὴ ἁλμυρίζον. Τὸ δὲ ἀδρανὲς καὶ τὸ λεπτοκοπημένον, εὐρωτιῶσαν ἔχον τὴν ἀποφορὰν, φαῦλον. Δύναμιν δ' ἔχει τὴν αὐτὴν τῇ νάρδῳ· ἐνεργέστερον δὲ ἐκείνη πάντα ποιεῖ. Διουρητικωτέρα μέντοι καὶ εὐστομαχωτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ μαλαβάθρου δύναμις, καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμικὰς φλεγμονὰς[62] ἁρμόζει ἀναζεσθὲν ἐν οἴνῳ καὶ λεῖον ἐπιχριόμενον· ὑποτίθε-

58) C. N. et Ald. Alii ἶρις.
59) C. N. X. φακῇ Ald., Asul., Sarac.
60) C. N. μελανίζειν Ald., Asul., Sarac.
61) καὶ Lacun. addit.
62) Ald. πρὸς τὰς ὀφθαλμίας καὶ τὰς φλεγμ.

tione decepti. Sunt enim multa odore nardum aemulantia, ut phu, asarum, neris. Secus autem se res habet. Siquidem peculiare est genus, in paludibus indicis nascens. Folium id est, lentium palustrium modo aquae innatans, sine radice. Id collectum statim lino traiicitur siccatumque reconditur. Referunt et aqua per ardores aestivos exsiccata terram virgultis peruri, quod nisi fiat, non amplius nasci. Laudatur recens et dum mollitur albidum, frangi nescium et integrum, odore nares feriens diuque fragrantiam servans, nardum aemulans, sapore vero salsedinis expers. Infirmum vero et minutatim concisum, quodque recepta vetustatis carie situm redolet, vitiosum est. Easdem ac nardus vires habet, sed efficacius illa omnia praestat: attamen malabathri vis maior ad lotium pellendum et stomachum firmandum. Oculorum inflammationibus etiam vino infusum, tritum ac illitum confert.

ται δὲ καὶ γλώσσῃ πρὸς εὐωδίαν στόματος, καὶ σὺν ἱματίοις τίθεται, ἄβρωτα γὰρ καὶ εὐώδη ταῦτα τηρεῖ.

Κεφ. ιβ'. [Περὶ Κασσίας.] Κασσίας δέ ἐστι πλείονα εἴδη, περὶ τὴν ἀρωματοφόρον Ἀραβίαν γεννώμενα. Ἔχει δὲ ῥάβδον παχύφλοιον, φύλλα δὲ ὥςπερ πεπέρεως[63]. Ἐκλέγου δὲ τὴν ἔγκιῤῥον, εὔχρουν, κοραλλίζουσαν, στενὴν λίαν, μακρὰν καὶ παχεῖαν, τοῖς συριγγίοις πλήρη, δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει καὶ στύφουσαν μετὰ ποσῆς[64] πυρώσεως, ἀρωματίζουσαν, οἰνίζουσαν τῇ ὀσμῇ· ἡ δὲ τοιαύτη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἄχυ καλεῖται· δαφνῖτις δὲ προςαγορεύεται ὑπὸ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐμπόρων. Πρὸ δὲ ταύτης ἐστὶν ἡ μέλαινα καὶ ἐμπόρφυρος, παχεῖα, ζίγιρ[65] καλουμένη, ῥοδίζουσα τῇ ὀσμῇ, μάλιστα πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν εὔθετος· δευτερεύει δὲ ἡ προειρημένη· τρίτη δέ ἐστιν ἡ καλουμένη βλαστὸς[66] μοσυλῆτις. Αἱ δὲ λοιπαὶ εὐτελεῖς, ὡς ἡ καλουμένη ἀφυσήμων[67] μέ-

63) Sic Ald., Cornar., Goupyl., Sarac., cui et Oribasius adstipulatur. Asulanus e codice Leoniceni ἴρεως, quem falsum genitivum repetit e suo Dioscoride Serapion c. 301.

64) Sic Ald., cod. C. N., quibuscum Aëtius congruit. Asulan. et posteriores πολλῆς.

65) Sic Oribas. et Ald. Alii γίζιρ.

66) Βλαστὸς legit Oribas. et Ald., βλακτὸς Asulan., Cornar., Goupyl.

67) Ἀφυσήμων maluit Marc. Vergil., quod in melioribus esset ex-

Quin linguae subditur ad emendandum oris halitum. Vestibus denique interponitur, quas odore suavi impraegnans a tineis tuetur.

Cap. XII. [*De Cassia.*] Cassiae sunt plures species, quae in Arabia aromatum feraci gignuntur. Habet virgam crassi corticis, folia sicut piper. Delige fulvescentem, pulcri coloris, corallii aemulam, valde angustam, longam et crassam, fistularum plenam, gustatu mordentem et adstringentem cum quodam fervore, aromaticam, odore vinoso. Talis quidem ab incolis achy appellatur: daphnitis vero cognominatur a mercatoribus Alexandrinis. Hanc autem praecellit nigra ac purpurascens, crassa, sigir vocata, rosam odore referens et ad usum medicum maxime idonea. Secundum locum tenet antedicta. Tertia est quae surculus mosylites appellatur. Viles reliquae, ut quae di-

λαινα καὶ ἀηδὴς καὶ λεπτόφλοιος ἢ καὶ φλοιοῤῥαγὴς, ὥς καὶ ἡ κιττὼ καὶ ἡ δάκαρ[68] καλουμένη[69]. Ἔστι δέ τις καὶ ψευδοκασσία ἀφάτως ἐμφερὴς, ἥτις ἐλέγχεται τῇ γεύσει, οὐκ οὖσα δριμεῖα οὐδὲ ἀρωματώδης, προςεχόμενόν τε τὸν φλοιὸν ἔχει τῇ ἐντεριώνῃ. Εὑρίσκεται δὲ καὶ πλατεῖα σύριγξ, ἁπαλὴ, κούφη, εὐερνὴς, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης. Ἀποδοκίμαζε[70] δὲ τὴν ὑπόλευκον καὶ ψωρώδη, τραγίζουσαν ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ τὴν μὴ ἔχουσαν τὴν σύριγγα παχεῖαν, ψωρώδη δὲ καὶ λεπτήν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, διουρητικὴν, ξηραντικὴν, στύφουσαν πραέως· ἁρμόζει δὲ εἰς τὰ πρὸς ὀξυδορκίαν ὀφθαλμικὰ καὶ μαλάγματα· φακοὺς δὲ αἴρει μετὰ μέλιτος καταχριομένη, καὶ ἔμμηνα ἄγει, καὶ ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ πινομένη[71], καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς φλεγμονὰς πάσας ποθεῖσα καὶ πρὸς νεφρούς· εἰς ἐγκαθίσματά τε καὶ ὑποθυμιάματα γυναιξὶ, πρὸς ἀνευρυσμὸν μήτρας. Διπλάσιον δὲ αὐτῆς μι-

emplaribus et quod fistularum expers sit. Ceterum ἀφήμων Ald. ἀσυφήμων Asulan., quem sequuntur Cornar., Goupyl. et Saracen.

68) C. δάρκα, quam lectionem iam et Hermolaus et Aldina et Goupylus habent.

69) Hic novum caput in Ald.

70) Ald. ἀποδοκιμάζουσι.

71) C. non habet μετὰ μέλιτος — πινομένη.

citur aphysemon, nigra ea, ingrata tenuique cortice aut etiam rimoso praedita, quemadmodum et ea quae kitto et dacar dicitur. Accedit spuria quaedam cassia mirum in modum similis, quae gustatu deprehenditur, cum nec acris sit nec aromatica, adhaerentemque medullae corticem habeat. Reperitur et lata fistula, tenuis, levis, surculosa, quae quidem illi alteri praestat. Reiice albicantem, lichenosam, odore hircinam, cuiusque fistula non est crassa, sed lichenosa et tenuis. Vim habet calefacientem, urinas moventem, siccantem leniterque astringentem. Convenit ad ea ocularia, quibus oculorum acies firmatur et ad malagmata. Lentigines tollit e melle illita menstruaque ciet. Quin et a vipera demorsis opitulatur: confert et pota ad internas quascunque inflammationes et ad renum affectus. Prodest insuper feminis tum insessu tum suffitu ad vulvae dilatationem. Si defuerit cinnamomum, huius duplum medi-

γνίμενον τοῖς φαρμάκοις, εἰ μὴ παρείη κιννάμωμον, τὸ αὐτὸ[72] δρᾷ· ἄγαν δέ ἐστι πολύχρηστος.

Κεφ. ιγ'. [Περὶ Κινναμώμου.] Κινναμώμου ἐστὶ πλείονα εἴδη, ὀνομαζόμενα ἐπιχωρίως. Διαφέρει δὲ τὸ μόσυλον, διὰ τὸ τηρεῖν[73] ποσὴν ἐμφέρειαν πρὸς τὴν μοσυλῖτιν καλουμένην κασσίαν· καὶ τούτου τὸ πρόσφατον, τῇ χρόᾳ μέλαν, τεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει, λεπτὸν δὲ τοῖς ῥαβδίοις καὶ λεῖον, ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον, σφόδρα εὐῶδες· σχεδὸν γὰρ ἡ τοῦ ἀρίστου κρίσις[74] ἐστὶ περὶ τὴν ἐν τῇ εὐωδίᾳ ἰδιότητα· εὑρίσκεται γὰρ μετὰ τοῦ ἀρίστου καὶ ἰδιάζοντος ἡ ὀσμὴ πηγανίζουσα[75] ἢ καρδαμώμῳ ἐμφερής· ἔτι καὶ δριμὺ καὶ δηκτικὸν τῇ γεύσει καὶ ὑφαλμυρίζον μετὰ θερμασίας, ἔντε τῇ παρατρίψει μὴ ταχέως δασυνόμενον καὶ ἐν τῷ θραύεσθαι χνοῶδες καὶ λεῖον ἔχον τὸ μεταξὺ τῶν ὄζων. Δοκίμαζε δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης λαμβάνων τὸν θαλλόν, εὐχερὴς γὰρ ἡ τοιαύτη δοκιμασία· τὰ γὰρ θραύσματα μίγματα τυγχάνει καὶ

72) Ald. addit γὰρ, quod repetit Asulan. Habent et cod. C. N. X. Omittunt Cornar., Goupyl., Sarac.

73) Ald. φέρειν.

74) Ald. κράσις: sphalma videtur, sicut antea χρείᾳ loco χροίᾳ.

75) Πηγανίζουσα deest in Ald.

camentis admistum eadem quae illud praestat. Est denique ad multa perquam utilis.

Cap. XIII. [*De Cinnamomo.*] Cinnamomi plures sunt species, gentilitiis nominibus designatae. Excellit vero quod Mosylon dicunt, quod quamdam habet similitudinem cum cassia, quae mosylitis vocatur: ex hoc vero (praestat) recens, colore nigricans, e vinoso cinerascens, tenuibus virgultis et laevibus satisque nodosis, perquam odoratum: quippe optimum fere ex peculiari fragrantiae indole dignoscitur: siquidem invenitur et cum optima ac peculiari indole odor rutam quodammodo aut cardamomum referens. (Praefertur) et gustu acre, submordax ac salsedinis particeps cum vi exaestuante, quodque tritum haud cito in fibrillas asperas abit, et dum frangitur pulvisculum (lanuginem) edit, laeviaque habet internodia. Facturus periculum ab una radice sume surculum: sine negotio enim fit probatio. Namque fragmenta miscellanea quaedam sunt,

κατὰ τὴν πρώτην δοκιμασίαν τὰ κρείττονα περιπνέοντα καὶ πληροῦντα τὴν ὄσφρησιν, ἐμποδίζει τὴν τοῦ ἥττονος ἐπίκρισιν. Ἔστι δὲ καὶ ὀρεινὸν, παχὺ, κολοβὸν, σφόδρα ὑπόκιῤῥον τὴν χρόαν· καὶ τρίτον παρὰ τὸ μόσυλον, μέλαν καὶ λίαν εὐῶδες, εὐερνῶδες δὲ καὶ οὐ πολυγόνατον· τέταρτον λευκὸν, χαῦνον, ὀγκῶδες ἰδέσθαι καὶ εὐτελὲς, εὔθραυστόν τε καὶ μεγάλην ἔχον ῥίζαν, κασσίζουσαν· πέμπτον τῇ ὀσμῇ πληκτικὸν [76], ὑπόκιῤῥόν τε καὶ προσεμφερὲς τὸν φλοιὸν κασσίᾳ πυῤῥᾷ, πρὸς τὴν ἀφὴν δὲ στερεὸν, οὐ πάνυ ἰνῶδες [77], παχύῤῥιζον· τούτων δὲ τὸ πνέον λιβανωτοῦ ἢ μυρσίνης ἢ κασσίας ἢ ἀμώμου εὐωδίας, ἧττόν ἐστιν. Ἀπολέγου δὲ τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψωρῶδες καὶ τὸ ῥυσσόκαρφον καὶ τὸ μὴ [78] λεῖον, καὶ τὸ ξυλῶδες δὲ κατὰ τὴν ῥίζαν ὡς ἄχρειον παραιτοῦ [79]. Ἔστι δέ τι καὶ ἄλλο ὅμοιον [80] τὸ καλούμενον ψευδοκιννάμωμον, εὐτελὲς, οὐκ εὔτονον τῇ ὀσμῇ, ἐκλελυμένον

76) Ald. male: πέμπτον τὴν ὀσμὴν ὑπόκιῤῥον.

77) Aldinam secuturo aptior videtur haec lectio, quam codicum C. N. X., qui οἰνῶδες. Liber enim arboris est cinnamomum, verum fibrosus.

78) Μὴ cum Andr. Lacuna, quod deglupto cortice liber laevis solus utilis subest.

79) Ald. ξυλῶδες· τὴν ῥίζαν δὲ ὡς ἀχρείαν παραιτοῦ.

80) Ὅμοιον non habet Ald.

atque adeo, cum primum fit experimentum, quae praestantiora fuerint, dum halitu suo olfactum obruunt, deterioris iudicium impediunt. Est et montanum, crassum id, truncum, colore admodum fulvum: itemque tertium a Mosylo, nigricans ac valde odoratum, attamen fruticosum, nec ita multis interstinctum geniculis. Quartum vero album est, fungosum, aspectu tuberosum ac vile, fragile magnaque radice cassiam redolente praeditum. Quintum odore nares ferit, fulvescit, corticemque habet cassiae rufae similem, tangenti vero solidum, non valde fibrosum, sed crassa radice gaudens. In hoc genere, quod tus, myrtum, cassiam et amomum odoris suavitate aemulatur, deterius est. Reiice album et lichenosum et rugoso cortice praeditum, pariter id quod neutiquam laeve, sed lignosum et radici proximum est, tanquam inutile repudiato. Est et aliud quiddam simile, quod adulterinum vocatur cinnamomum, vile, odoris invalidi viribusque defectum.

δὲ καὶ τῇ δυνάμει· καλεῖται δὲ καὶ ζίγγιβερ ξυλοκιννάμωμον ὂν, ἔχον δέ τινα ἐμφέρειαν κινναμώμῳ. Ἔστι δὲ ξυλῶδες κιννάμωμον, ἔχον ῥάβδους μακρὰς [81] καὶ ῥωμαλέας καὶ τὴν εὐωδίαν πολὺ καταδεεστέραν [82]· λέγεται δὲ ὑπ᾽ ἐνίων καὶ κατὰ γένος διαφέρειν τοῦ κινναμώμου τὸ ξυλοκιννάμωμον, ἑτέρας ὂν φύσεως. Δύναμιν δὲ ἔχει πᾶν κιννάμωμον θερμαντικὴν, οὐρητικὴν, μαλακτικὴν, πεπτικήν· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα πινόμενον, καὶ προςτιθέμενον μετὰ σμύρνης καὶ ἰοβόλοις θηρίοις καὶ θανασίμοις ἁρμόζει· καὶ τὰ ταῖς κόραις ἐπισκοτοῦντα ἀποκαθαίρει· θερμαίνει τε καὶ λεπτύνει [83]· φακούς τε καὶ ἐφήλεις ἀποκαθαίρει μετὰ μέλιτος ἐπιχρισθέν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς βῆχας καὶ κατάῤῥους, ὕδρωπας, νεφρίτιδας, δυςουρίας· μίγνυται δὲ καὶ τοῖς πολυτελέσι μύροις, καὶ καθόλου ἐστὶ πολύχρηστον. Ἀποτίθεται δὲ εἰς διαμονὴν λεῖον οἴνῳ ἀναλαμβανόμενον καὶ ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ [84].

81) Sic Ald., Cornar., Goupyl., Saracen. μικρὰς C. Asulan.

82) Sic Ald. καταδεεστέρας Asulan. et qui sequuntur.

83) Ald. interponit καὶ ἔστι διουρητικόν, quod hic inepte.

84) Addunt Ald. et Asulan.: Ἔστι δέ τι λεγόμενον κιννάμωμον, ὃ ἔνιοι ψευδοκιννάμωμον καλοῦσιν, εὐερνὲς σφόδρα καὶ παχυραβδότερον·

Appellatur et quiddam zingiber, quod habet aliquam cum cinnamomo affinitatem, cum tamen sit xylocinnamomum. Est vero lignosum cinnamomum virgultis longis robustisque praeditum, sed odore longe cinnamomo inferioribus. Sunt et qui xylocinnamomum genere ipso a cinnamomo differre dicant, quasi alterius sit naturae. Omne autem cinnamomum vim habet calefacientem, urinas moventem, mollientem, coctioni faventem: potum menstrua ducit et fetus appositum cum myrrha, expedit etiam contra animalia venenata (morsuque) letifera. Quae pupillis caliginem offundunt, discutit: calefacit simul et attenuat. Illitum ex melle lentigines et maculas e solis ardore contractas exterit. Facit et ad tusses, catarrhos, hydropes, renum vitia urinaeque difficultatem. Quin et unguentis pretiosis admiscetur, ac in universum ad multa est utile. Quo diutius eduret, tritum vino excipitur, in umbra siccatur, ac ita reconditur.

Κεφ. ιδ'. [Περὶ Ἀμώμου.] Ἄμωμόν ἐστι θαμνίσκος οἱονεὶ βότρυς ἐκ ξύλου ἀντεμπεπλεγμένος ἑαυτῷ. Ἔχει δέ τι καὶ ἄνθος μικρὸν ὡς λευκοΐου, φύλλα δὲ βρυωνίᾳ ὅμοια. Κάλλιστον δέ ἐστι τὸ ἀρμένιον, χρυσίζον τῇ χρόᾳ, ἔχον τε τὸ ξύλον ὑπόκιῤῥον, εὐῶδες ἱκανῶς· τὸ δὲ μηδικὸν διὰ τὸ ἐν πεδίοις καὶ ἐν ἐφύδροις τόποις φύεσθαι ἀδυνατώτερον· ἐστὶ δὲ μέγα καὶ ὑπόχλωρον καὶ πρὸς τὴν ἀφὴν ἁπαλὸν καὶ ἰνῶδες τοῖς ξύλοις, ὀριγανίζον [85] τῇ ὀσμῇ· τὸ δὲ ποντικὸν ὑπόκιῤῥον, οὐ μακρὸν οὐδὲ δύςθραυστον, βοτρυῶδες, πλήρες καρποῦ καὶ τῇ ὀσμῇ πληκτικόν. Ἐκλέγου δὲ τὸ πρόςφατον καὶ λευκὸν ἢ ὑπέρυθρον, οὐ πεπιλημένον ἢ συμπεπλεγμένον, λελυμένον δὲ καὶ διακεχυμένον, σπέρματος πλῆρες ὁμοίου βοτρυδίοις, βαρὺ, σφόδρα εὐῶδες, δίχα εὐρῶτος, καὶ δριμὺ, δάκνον τὴν γεῦσιν, ἁπλοῦν τὴν χρόαν καὶ οὐ ποικίλον. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, στυπτικὴν, ξηραντικὴν, ὑπνοποιὸν, ἀνώδυνον τῷ μετώπῳ καταπλασσόμενον· φλεγμονάς τε καὶ μελικηρίδας πεπαίνει καὶ διαφορεῖ· σκορπιοπλήκ-

κατὰ πολλὰ μέντοι γε ἐλαττούμενον κινναμώμου κατά τε ὀσμὴν καὶ γεῦσιν. Omittunt Cornar., Goupyl. et Saracen.

85) Sequor Oribasium et Ald., seriores plerique habent πηγανίζον.

Cap. XIV. [*De Amomo.*] Amomum est fruticulus in uvae modum suopte ligno in se ipsum convolutus. Flores habet parvos forma levcoii, folia vero bryoniae similia. Praestantissimum censetur armenium, aureo colore, ligno fulvescente, apprime odoratum. Medicum, quoniam in campestribus nascitur et aquosis, infirmius est. Est autem grande et subviride, ad tactum molle lignosisque partibus fibrosum, odore origanum referens. Ponticum subfulvum est, nec longum nec fractu difficile, fructibus refertum et odore nares feriens.

Deligito autem recens, album et subrubrum, non compactum aut complexum, sed solutum ac diffusum, semine refertum acinis simili, ponderosum, valde odoratum, situs expers, acre, gustatu mordicans, simplici colore minimeque vario. Vim habet calefacientem, constringentem, siccantem: somnum conciliat doloremque sedat fronti illitum. Inflammationes ac meliceridas maturat ac discutit.

τους τε μετ᾽ ὠκίμου καταπλασθὲν ὠφελεῖ· ποδαγρικοῖς συμβάλλεται, καὶ παρηγορεῖ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ τὰς ἐν σπλάγχνοις σὺν σταφίδι· πρὸς δὲ τὰ γυναικεῖα [86] καὶ ἐν ἐγκαθίσμασι χρήσιμον· ποθὲν δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ ἁρμόζει ἡπατικοῖς, νεφριτικοῖς, ποδαγρικοῖς. Μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις καὶ τοῖς πολυτελεστάτοις τῶν μύρων. Δολίζουσι δέ τινες τὸ ἄμωμον τῇ λεγομένῃ ἀμωμίδι, ἐμφερεῖ οὔσῃ τῷ ἀμώμῳ, ἀνόσμῳ μέντοι καὶ ἀκάρπῳ, γεννωμένῃ δὲ ἐν Ἀρμενίᾳ, ἄνθος ἐχούσῃ ἐμφερὲς ὀριγάνῳ. Δεῖ δὲ ἐν ταῖς τῶν τοιούτων δοκιμασίαις τὰ θραύσματα φεύγειν· ἐκλέγου δὲ τὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ἔχοντα κλάδους τελείους.

Κεφ. ιέ. [Περὶ Κόστου.] Κόστος διαφέρει ὁ ἀραβικὸς, λευκὸς ὢν καὶ κοῦφος, πλείστην ἔχων καὶ ἡδεῖαν τὴν ὀσμήν· δευτερεύει δὲ ὁ ἰνδικὸς [87] μέλας ὢν καὶ κοῦφος ὡς νάρθηξ· τρίτος δέ ἐστιν ὁ συριακὸς, βαρὺς, τὴν χρόαν πυξώδης, πληκτικὸς τῇ ὀσμῇ· ἄριστος δέ ἐστιν ὁ πρόσφατος, λευκὸς, πλήρης δι᾽ ὅλου, πυκνὸς, ξηρὸς, ἀτερηδόνιστος, ἄβρωμος, γεύσει δηκτικὸς καὶ πυρώδης. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαν-

86) καὶ ἐν προσθέτοις addit Ald.

87) Ἁδρὸς Ald. deest in codd. C. N. X. Oribas. ὡραῖος.

A scorpione ictos ex ocimo illitum iuvat. Podagricis confert, cum uva passa lenit quoque oculorum viscerumque inflammationes. Ad muliebria etiam insessu utile. Decoctum potum congruum est hepaticis, nephriticis, podagricis. Additur quoque et antidotis et pretiosissimis unguentis. Sunt qui amomum sic dicta amomide adulterant, amomo simillima, sed odoris experte et fructu destituta, nascente in Armenia, cuius flos origano assimilis est. In huiusmodi probationibus fragmenta fugienda sunt, eligenda vero, quae ab una radice integros habeat surculos.

Cap. XV. [*De Costo.*] Costus excellit arabicus, candidus et levis, eximio suavique odore praeditus. Secundum locum obtinet indicus, crassus enim est et levis ad ferulae modum. Tertius est syriacus, gravis, colore buxeus, odore feriens. Optimus est recens, candidus, omnino farctus, densus, aridus, a vermibus non erosus, odoris virosi expers, gustu mordicans et fervidus. Vim habet

τικὴν, διουρητικήν, ἐμμήνων ἀγωγὸν, καὶ τῶν περὶ ὑστέραν παθῶν ἀρωγὸν, ἐν προςθέμασι καὶ καταντλήμασι καὶ πυριάσεσι· πινόμενος δὲ ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ[88], καὶ πρὸς θώρακος πόνους καὶ σπάσματα καὶ ἐμπνευματώσεις μετ' οἴνου καὶ ἀψινθίου· καὶ ἀφροδίσια μὲν παρορμᾷ μετ' οἰνομέλιτος· ἄγει δὲ καὶ ἕλμινθα πλατεῖαν μεθ' ὕδατος· σύγχρισμά τε ῥιγοῦσι μετ' ἐλαίου πρὸ τῆς ἐπισημασίας, καὶ παραλυτικοῖς· καθαίρει δὲ καὶ ἔφηλιν καταχρισθεὶς μεθ' ὕδατος ἢ μέλιτος· μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι καὶ ἀντιδότοις· μιγνύουσι δ' ἔνιοι τὰς ῥωμαλεωτάτας τοῦ κομμαγηνοῦ ἑλενίου ῥίζας, δολοῦντες αὐτόν· εὐχερὴς δὲ ἡ διάγνωσις, οὔτε γὰρ πυροῖ τὴν γεῦσιν τὸ ἑλένιον, οὔτε τὴν εὐωδίαν εὔτονον καὶ πληκτικὴν παρέχει.

Κεφ. ις'. [Περὶ Σχοίνου.] Σχοῖνος, ἡ μέν τις γίνεται ἐν Λιβύῃ, ἡ δὲ ἐν Ἀραβίᾳ, ἑτέρα δὲ ἐν τῇ Ναβαταίᾳ[89] λεγομένῃ, ἥτις ἐστὶ κρατίστη· δευτερεύει δὲ ἡ ἀραβικὴ, ἣν ἔνιοι βαβυλώνιον καλοῦσι, οἱ δὲ τευχῖτιν. Ἡ δὲ λιβυκὴ ἄχρηστος· ἐκλέγου δὲ τὴν πρόςφατον, ἔμπυῤῥον, πολυανθῆ,

88) Pondus οὐγγιῶν β' Ald., aut Cornarii οὐγγίας ἡμίσεως.
89) E Plinio 21, 72. Codices fere ἀβατέλῃ. Ald. ἀβαταίᾳ.

calefacientem, diureticam, menstrua ducentem. Uteri vitiis adminiculo est vel apposita vel affusionibus vel fotibus. Potus vipera demorsis auxiliatur, et in thoracis affectibus, spasticisque ac flatibus, dum cum vino et absinthio sumitur.

Venerem stimulat e mulso: quin et latum vermem ex aqua pellit. Contra rigores accessus febriles praecedentes nec non in paralysibus ex oleo inunctum prodest. Maculas a sole productas cum aqua melleque illitus expurgat. Additur quoque in malagmata et antidota. Nonnulli autem admistis helenii commageni validissimis radicibus ipsum adulterant. Sed facile deprehenditur dolus, siquidem neque gustu fervet helenium, neque fragrantia insignis est potenti sensumque feriente.

Cap. XVI. [*De Schoeno.*] Schoenus alius nascitur in Libya, alius in Arabia, quidam vero e regione Nabataea dicta optimus est. Secundo loco nominandus arabicus, a quibusdam babylonius, ab aliis teuchitis dictus: libycus autem inutilis. Selige recentem, summe rufum,

σχιζομένην δὲ ἐμπόρφυρον καὶ λευκὴν[90], καὶ ῥοδίζουσαν τῇ εὐωδίᾳ, ἐπειδὰν τρίβηται ταῖς χερσὶ, καὶ δάκνουσαν τὴν γλῶσσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως· χρῆσις δὲ τοῦ ἄνθους καὶ τῶν καλάμων καὶ τῆς ῥίζης. Δύναμιν δὲ ἔχει διουρητικὴν, ἐμμήνων ἀγωγὲν, πνευμάτων διαλυτικὴν, κεφαλῆς καρηβαρικὴν, ὑποστύφουσαν[91] μετρίως, ἔτι δὲ θρεπτικὴν[92], πεπτικὴν καὶ ἀναστομωτικήν. Τὸ μὲν οὖν ἄνθος αὐτῆς ποτίσμασι χρήσιμον πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ πόνους στομάχου, πνεύμονος, ἥπατος, νεφρῶν· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις· ἡ δὲ ῥίζα στυπτικωτέρα· διὸ καὶ τοῖς ἀσσώδεσι στομάχοις δίδοται, ὑδρωπιῶσί τε καὶ σπάσμασι <α΄ ὁλκῇ μετ' ἴσου πεπέρεως πρὸς ἡμέρας τινάς. Τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς ταῖς περὶ μήτραν φλεγμοναῖς εἰς ἐγκάθισμα ἁρμόδιον.

Κεφ. ιζ. [Περὶ Καλάμου.] Κάλαμος ἀρωματικὸς φύεται μὲν ἐν Ἰνδίᾳ· ἔστι δὲ αὐτὸς κάλλιστος ὁ κιῤῥὸς, πυκνογόνατος καὶ εἰς πολλοὺς σκινδαλμοὺς θραυόμενος, γέμων ἀραχνίων τὴν σύριγγα, ὑπόλευκος, ἐν δὲ τῇ διαμασσήσει

90) Codices sic legunt; *λεπτήν* Ald. et Sarac.
91) *Ὑπαλλακτικήν* Const. huc non quadrat.
92) Ald. Asulan. *θρυπτικήν*. Goupyl. *τρυπτικήν*.

flore copioso, quique dum scinditur et purpurascit et albescit, manibus tritus odorem rosaceum emittit, multoque cum fervore linguam mordet. Usus est floris, culmorum radicisque. Vim habet urinas mensesque ciendi, flatus discutiendi; caput (tamen) gravat, modice astringit, quin et nutrit, coctioni favet, vasorumque oscula aperit. Flos eius in potiones adhibitus utilis ad sanguinis reiectiones et ad dolores stomachi, pulmonum, hepatis renumque. Additur et antidotis. Radix magis astringit, ideo in fastidiis stomachi exhibetur, hydropicis etiam et convulsis ad drachmam unam cum pari piperis pondere per aliquot dies. Decoctum eius vero confert insessu ad uteri inflammationem.

Cap. XVII. [*De Calamo aromatico.*] Calamus aromaticus nascitur in India. Est vero optimus fulvus, crebro geniculatus, quique confractus in assulas multas dissilit, plenam habens araneorum fistulam, subalbidus, in com-

γλίσχρος, στυπτικὸς, ὑπόδριμυς. Δύναται δὲ οὖρα κινεῖν ποθείς· ὅθεν ἁρμόζει μετ' ἀγρώστεως ἢ σελίνου σπέρματος ἀφεψηθεὶς καὶ ποθεὶς ὑδρωπικοῖς, νεφριτικοῖς, στραγγουριῶσι, ῥήγμασιν. Ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα πινόμενος καὶ προστιθέμενος· βῆχάς τε ἰᾶται ὑποθυμιώμενος καθ' ἑαυτὸν καὶ σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ, τοῦ καπνοῦ διὰ σύριγγος ἑλκομένου τῷ στόματι. Ἀφέψεται δὲ καὶ εἰς ἐγκαθίσματα γυναικεῖα[93]. Μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι καὶ θυμιάμασι πρὸς εὐωδίαν.

Κεφ. ιη'. [Περὶ Βαλσάμου.] Βάλσαμον· τὸ μὲν δένδρον κατὰ μέγεθος λυκίου[94] ἢ πυρακάνθης βλέπεται, φύλλα ἔχον ὅμοια πηγάνῳ, λευκότερα δὲ πολλῷ καὶ ἀεὶ θαλλέστερα, γεννώμενον ἐν μόνῃ Ἰουδαίᾳ, κατά τινα αὐλῶνα, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· διαφέρον αὐτὸ ἑαυτοῦ τραχύτητι καὶ μήκει καὶ ἰσχνότητι. Λέγεται γοῦν τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες τοῦ θάμνου θεριστὸν, ἴσως διὰ τὸ εὐχερῶς θερίζεσθαι, ἰσχνὸν ὄν. Τὸ δὲ ὀποβάλσαμον λεγόμενον ὀπίζεται ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα

93) Ald. καὶ ἐγκλύσματα. Hoc additamentum deest in X. et aliis.

94) Vera lectio e cod. C. N. λευκοΐου ineptum. Ald. iam λευκοΐου ἢ λυκίου. Serapion intellexit *granum viride*, quae est species Pistaciae.

manducando viscidus, astringens et subacris. Potus ad urinam ciendam valet. Quare cum gramine aut apii semine decoctus et bibitus convenit hydropicis, renum vitio laborantibus, iis qui urinae difficultate laborant, aut quibus aliquid ruptum est. Menses quoque et potu et apposítu trahit. Tussi suffitu medetur tum per se tum cum resina terebinthina, ore nimirum hausto per fistulam fumo. Decoquitur etiam ad muliebres insessus. Miscetur denique malagmatis et suffitibus ad conciliandam odoris gratiam.

Cap. XVIII. [*De Balsamo.*] Balsamum. Est autem arbuscula lycii aut pyracanthae statura, folia habet rutae similia, sed multo albidiora et magis sempervirentia. Nascitur in sola Iudaea, in convalle quadam, et in Aegypto. Differt a se ipsum asperitate, longitudine et gracilitate. Quod igitur in frutice tenue est et capillaceum, dicitur demessum, probabiliter quia ob gracilitatem facile demetiendum est. Quod vero opobalsamum dicunt, excipitur aestivo sub ortu canis ardore, incisa ferreis ungui-

καύμασιν, ἐντεμνομένου σιδηροῖς ὄνυξι τοῦ δένδρου· ῥεῖ δὲ ὀλίγον, ὡς καθ' ἕκαστον χρόνον[95] μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας συναθροίζεσθαι· πωλεῖται δὲ ἐν τῷ τόπῳ[96] πρὸς διπλοῦν ἀργύριον. Ἔστι δὲ ὀπὸς καλὸς ὁ πρόσφατος, τῇ ὀσμῇ εὔτονος καὶ εἰλικρινὴς, καὶ[97] παροξίζων, εὐδίετος, λεῖος, στύφων καὶ δάκνων μετρίως τὴν γλῶσσαν. Δολοῦται δὲ ποικίλως· οἱ μὲν γὰρ χρίσματα μίσγουσιν αὐτῷ[98], ὡς τὸ τερεβίνθινον, κύπρινον, σχίνινον, σούσινον, βαλάνινον, μετώπιον, μέλι, κηρωτὴν μυρσίνην ἢ κυπρίνην ὑγρὰν λίαν[99]· ἐλέγχεται δὲ εὐχερῶς ὁ τοιοῦτος· ἐπισταγεὶς γὰρ ὁ ἀκέραιος εἰς ἐριοῦν ὕφος καὶ ἐκπλυνθεὶς κηλίδα οὐ ποιεῖ οὐδὲ σπίλον· ὁ δὲ δεδολωμένος προσμένει· καὶ γάλακτι δὲ ἐπισταγεὶς πήγνυσι τοῦτο, ὅπερ δεδολωμένος οὐ δρᾷ· ἔτι ὁ ἀκέραιος ἐπιχυθεὶς γάλακτι ἢ ὕδατι χεῖται ταχέως καὶ γαλακτοῦται· ὁ δὲ δεδολωμένος ἐπιπλεῖ καθάπερ ἔλαιον, συστρεφόμενος καὶ διαχεόμενος ἀστεροειδῶς· τῷ μέντοι χρόνῳ καὶ ὁ ἀκέραιος πα-

95) Sarac. ἔτος. 96) Additur in Ald. σταθμὸς αὐτοῦ.

97) Μὴ παροξίζων, quod editiones habent, contrarium codicibus, ipsi naturae et iis, quae de coagulo lactis sequuntur.

98) Ald. χρίσματι μίσγουσιν αὐτό.

99) Ald. λείαν.

bus arbore. Sed tam paucum exstillat, ut eodem tempore vix plures quam sex aut septem congii colligantur. Venditur autem in loco natali duplo argento. Est vero bonus succus qui recens est, validi odoris et sincerus, acidulus, dilutu facilis, laevis, astringens, modiceque linguam mordens. Vario modo adulteratur. Alii unguina admiscent, quale est terebinthinum, cyprinum, lentiscinum, liliaceum, balaninum ac metopium, tum et mel et ceratum myrtinum aut cyprinum liquidissimum. Probatio autem facilis. Genuinus enim succus laneae telae instillatus, si dein eluitur, neque maculam facit neque notam ullam linquit: adulteratus vero inhaeret. Lacti dein instillatus id coagulat, quod adulterinus haudquaquam facit. Quin et sincerus lacti aut aquae infusus celeriter diffunditur ac lactescit, adulterinus contra olei ad instar innatat, circumactus aut stellae in modum expansus. Attamen sincerus etiam vetustate spissescens se ipso deterior evadit.

χυνόμενος, ἑαυτοῦ χείρων γίνεται. Πλανῶνται δὲ οἱ νομίζοντες τοῦτον τὸν ἀκέραιον ἐπισταγέντα ὕδατι χωρεῖν εἰς βάθος πρῶτον, εἶτα ἀναπλεῖν εὐδιάχυτον[100].

Τὸ δὲ ξύλον[1], ὃ καλεῖται ξυλοβάλσαμον, δόκιμόν ἐστι τὸ πρόσφατον καὶ λεπτόκαρφον καὶ πυῤῥὸν, εὐῶδες, βραχὺ[2] πνέον ὀποβαλσάμου. Τοῦ δὲ καρποῦ, καὶ γὰρ τούτου ἡ χρῆσις ἀναγκαία, ἐκλέγου τὸν ξανθὸν, πλήρη, μέγαν, βαρὺν, δάκνοντα τῇ γεύσει[3] καὶ πυροῦντα, μετρίως παραπνέοντα τοῦ ὀποβαλσάμου. Φέρεται δέ τι ἀπὸ τῆς Πέτρας, ᾧ δολίζουσι τὸν καρπὸν, σπέρμα ὑπερικῷ ὅμοιον· ὅπερ γνώσῃ ἐκ τοῦ μεῖζόν τε εἶναι καὶ κενὸν καὶ ἀδύναμον, πεπερίζον[4] τῇ γεύσει.

Δύναμιν δ' ἔχει ἐνεργεστάτην ὁ ὀπὸς, θερμαντικώτατος ὢν, σμήχων τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις καὶ τὰς περὶ μήτραν ψύξεις ἰώμενος, προστιθέμενος μετὰ ῥοδίνης κηρωτῆς· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ δεύτερα καὶ ἔμβρυα, καὶ ῥίγη συγχρισθεὶς λύει·

100) C. διάχυτον.

1) Ald. addit ἑαυτοῦ.

2) Sic Ald., Cornar., Goupyl. et Saracen. Negotium facessit Asul., qui τραχὺ cum lacuna, ita et codd. Vindobonenses.

3) Ald. τὴν γεῦσιν. 4) Ald. πεπερίζειν.

Falluntur autem qui genuinum hunc aquae instillatum existimant protinus fundum petere, post vero, cum facile diffundatur, sursum natare.

Lignum, quod xylobalsamum appellatur, probatur recens, sarmentis tenuibus, rufum, odoratum, per breve tempus opobalsami odore. E fructus genere, nam et huius necessarius est usus, eligito flavum, plenum, grandem, ponderosum, gustu mordacem ferventemque, modice opobalsamum redolentem. Asportatur a Petra oppido semen hyperico simile, quo fructum adulterant: sed ex eo dignosces, quod maius illud sit, inane, ignavum, piperisque sapore.

Vim habet succus efficacissimam, ut qui maxime calefaciat, extergat quae pupillis caliginem offundunt, atque cum cerato rosaceo appositus muliebribus frigore correptis medeatur. Menses quoque, secundas fetusque ducit, rigores illitu solvit, sordidaque ulcera purgat.

καθαίρει δὲ καὶ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν. Ἔστι δὲ καὶ πεπτικὸς καὶ οὐρητικὸς πινόμενος, δυςπνοοῦσιν ἁρμόζων καὶ τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσι μετὰ γάλακτος, καὶ θηριοδήκτοις· μίγνυται δὲ καὶ ἀκόποις καὶ μαλάγμασι καὶ ἀντιδότοις· καὶ καθόλου δραστικωτάτην ἔχει τὴν δύναμιν ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου, δευτέραν ὁ καρπὸς, ἐλαχίστην δὲ τὸ ξύλον. Ὁ δὲ καρπὸς[5] πινόμενος ἁρμόζει πλευριτικοῖς, περιπνευμονικοῖς, βήσσουσιν, ἰσχιαδικοῖς, ἐπιληπτικοῖς, σκοτωματικοῖς, ὀρθοπνοϊκοῖς, στροφουμένοις, δυςουροῦσιν, θηριοδήκτοις, καὶ εἰς τὰ γυναικεῖα δὲ ὑποθυμιάματα εὔθετεῖ· καὶ εἰς ἐγκαθίσματα ἀφεψόμενος ἀναστομοῖ τὴν μήτραν, ἐπισπώμενος[6] ὑγρασίαν. Τὸ δὲ ξύλον τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει τῷ καρπῷ, ἥσσονα μέντοι· βοηθεῖ δὲ ἀφεψηθὲν ὕδατι καὶ πινόμενον ἀπεψίαις, στρόφοις, θηριοδήκτοις, σπωμένοις, οὖρά τε ἄγει καὶ πρὸς τὰ ἐν κεφαλῇ τραύματα μετὰ ἴριδος ἁρμόζει ξηρᾶς· ἀνάγει δὲ καὶ λεπίδας· μίγνυται[7] δὲ καὶ εἰς τὰ τῶν μύρων στύμματα.

Κεφ. ιθ'. [Περὶ Ἀσπαλάθου.] Ἀσπάλαθος, [οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, οἱ δὲ σφάγνον, οἱ δὲ φάσγανον, Σύροι δὲ

5) Καρπὸς deest in Ald. 6) Ald. καὶ ἐπισπᾶται. 7) Ald. πήγνυται.

Quin et potus coctionem iuvat urinasque ciet, aegre spirantibus convenit, nec non cum lacte et iis, qui aconitum hauserunt, nec non a vipera demorsis. Miscetur et acopis, malagmatis et antidotis. Ac in universum efficacissimam habet vim balsami liquor, proximam huic fructus, minimam lignum. Fructus potui datus convenit pleuriticis, peripneumonicis, tussientibus, ischiadicis, comitialibus, vertiginosis, orthopnoicis, torminosis, difficulter mingentibus et a vipera morsis: aptus etiam ad muliebres suffitus, itemque decoctus insessu vulvam aperit, humiditate exhausta. Lignum easdem cum fructu vires habet, sed minores. Ex aqua coctum et potum adminiculo est in mala digestione, torminibus, venenatorum morsibus, convulsionibus. Lotium ducit et capitis vulneribus cum iride sicca confert: squamas etiam ossium extrahit. Denique ad unguentorum spissamenta additur.

Cap. XIX. [*De Aspalatho.*] Aspalathus [quem alii erysisceptron, alii sphagnon aut phasganon, Syri vero dia-

διάξυλον καλοῦσι] θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθαις πολλαῖς κεχρημένος[8], γεννώμενος ἐν Ἴστρῳ, Νισύρῳ τε καὶ Συρίᾳ καὶ Ῥόδῳ, ᾧ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. Ἔστι δὲ καλὸς ὁ βαρὺς καὶ μετὰ τὸ περιφλοισθῆναι ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων, πυκνὸς, εὐώδης, πικρίζων ἐν τῇ γεύσει. Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῦ, λευκὸν, ξυλῶδες, ἄνοσμον, ὃ δὴ καὶ χεῖρον καθέστηκε. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν μετὰ στύψεως, ὅθεν πρός τε τὰς ἄφθας ἑψηθεὶς μετ' οἴνου καὶ διακλυζόμενος ἁρμόζει, καὶ πρὸς τὰς ἐν αἰδοίοις νομὰς καὶ ἀκαθαρσίας ἐγκλυζόμενος[9]· ἔμβρυά τε κατασπᾷ μιγνύμενος πεσσῷ. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ κοιλίαν ἵστησι καὶ αἵματος ἀναγωγὴν ποθὲν, δυσουρίαν τε καὶ ἐμπνευμάτωσιν λύει.

Κεφ. κ'. [Περὶ Βρύου.] Βρύον, ὑπό τινων δὲ σπλάχνον[10] καλεῖται, εὑρισκόμενον ἐπὶ δένδρων κεδρίνων ἢ λευκίνων ἢ δρυίνων. Διαφέρει δὲ τὸ κέδρινον, δεύτερον δὲ τὸ λεύκινον· ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐωδέστερον καὶ λευκὸν καλὸν, τὸ δὲ μελανίζον χεῖρον. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, μέ-

8) Ald. ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος.
9) Goupyli additamento καὶ πρὸς τὰς ὀζαίνας carent codd.
10) Ald. σπλάγχνον.

xylon appellant,] frutex est lignosus, spinis confertis praeditus. Nascitur in Istro, Nisyro, Syria et Rhodo, eoque unguentarii ad spissanda unguenta utuntur. Probatur ponderosus, detracto cortice rubens aut in purpuram vergens, densus, odoratus et gustu amaricans. Est et alterum genus candidum, lignosum, inodorum, quod etiam deterius habetur. Vim habet calefacientem cum astrictione, unde coctus cum vino et collutus ad aphthas expedit, atque ad rodentia et impura genitalium ulcera. Pesso additus fetus detrahit. Decoctum ipsius alvum sistit sanguinisque cursus, urinae quoque difficultates et flatus pellit.

Cap. XX. [*De Bryo.*] Bryum, quod nonnulli splachnon dicunt, invenitur in arboribus cedro aut populo aut quercui affinibus. Praestat autem cedrinum, inferius populeum. Bonum est odoratius et candidum, nigricans vero deterius. Vim habet astringentem, in calido frigi-

σην θερμοῦ καὶ ψυχροῦ[11], ποιοῦν πρὸς τὰ περὶ μήτραν ἐν ἀφεψήμασιν εἰς ἐγκάθισμα· μίγνυται δὲ καὶ μύροις βαλανίνοις καὶ χρίσμασι διὰ τὸ ἐν αὐτῷ στυπτικὸν, καὶ εἰς θυμιαμάτων τε καὶ ἀκόπων σκευασίαν ἐστὶν εὔθετον.

Κεφ. κα'. [Περὶ Ἀγαλλόχου.] Ἀγάλλοχον ξύλον ἐστὶ φερόμενον ἐκ τῆς Ἰνδίας καὶ Ἀραβίας, ἐοικὸς θυΐνῳ ξύλῳ, ἐστιγμένον, εὐῶδες, παραστῦφον ἐν τῇ γεύσει μετὰ ποσῆς πικρίας, φλοιὸν ἔχον δερματώδη καὶ ὑποποίκιλον· ποιεῖ δὲ διαμασσώμενον καὶ διακλυζόμενον τὸ ἀφέψημα πρὸς εὐωδίαν στόματος· καὶ διάπασμά τε ὅλου τοῦ σώματός ἐστι. Θυμιᾶται δὲ ἀντὶ λιβανωτοῦ. Ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ < ὁλκῇ πινομένη, στομάχου πλάδον καὶ ἀτονίαν καὶ καύσωνα παρηγορεῖ· τοῖς τε ἀλγοῦσι πλευρὸν καὶ ἧπαρ ἢ δυσεντερικοῖς ἢ στροφουμένοις ἀρήγει πινομένη μεθ' ὕδατος.

Κεφ. κβ'. [Περὶ Νασκάφθου.] Νάσκαφθον, οἱ δὲ νάρκαφθον, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς Ἰνδικῆς κομίζεται· ἔστι δὲ φλοιῶδες, συκαμίνου λεπίσμασιν ἐοικὸς, θυμιώμενον διὰ τὴν

11) Haec desunt in cod. Par. et in Ald.

doque mediam; facit decoctus insessu ad affectus matricis. Admiscetur etiam unguentis balaninis et illitibus propter inspissandi vim, commodus quoque ad suffituum et acoporum praeparationem.

Cap. XXI. [*De Agallocho.*] Agallochum lignum est ex India et Arabia asportatum, thyino ligno simile, punctatum, odoratum, gustu subastringens cum quadam amaritudine, cortice tunicato et subvariegato. Facit autem commanducatum itemque decocto collutum ad commendandum oris halitum et ad diapasma totius corporis. Ad suffimenta loco turis adhibetur. Radix vero drachmae unius pondere pota stomachi colluviem, imbecillitatem ardoremque mitigat. Iis quoque, quos lateris et hepatis dolor male habet, aut qui intestinorum difficultate torminibusque laborant, ex aqua pota opitulatur.

Cap. XXII. [*De Nascaphtho.*] Nascaphthon, aliis narcaphthon, pariter ex India defertur. Est vero corticosum, ei simile, quod e moro deglubitur, suffitur odoris

εὐωδίαν, καὶ μιγνύμενον τοῖς σκευαστικοῖς[12] θυμιάμασι, ὠφελοῦν καὶ μήτραν ἐστεγνωμένην[13] ὑποθυμιασθέν.

Κεφ. κγ'. [Περὶ Καγκάμου.] Κάγκαμον δάκρυόν ἐστιν ἀραβικοῦ ξύλου, σμύρνῃ ποσῶς ἐοικὸς, βρωμῶδες ἐν τῇ γεύσει, ᾧπερ ὡς θυμιάματι χρῶνται· ὑποκαπνίζουσι δὴ τὰ ἱμάτια μετὰ σμύρνης καὶ στύρακος. Δύναμιν δὲ ἱστορεῖται ἔχειν ἰσχναντικὴν τῶν καταπιμέλων, τριωβόλου πλῆθος πινόμενον σὺν ὕδατι καὶ ὀξυμέλιτι ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας· δίδοται καὶ σπληνικοῖς καὶ ἐπιληπτικοῖς καὶ ἀσθματικοῖς· ἔμμηνά τε ἄγει σὺν μελικράτῳ· καθαίρει δὲ καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλὰς ταχέως, καὶ ἀμβλυωπίας ἰᾶται, διεθὲν οἴνῳ· πρός τε μυδήσεις οὔλων καὶ ὀδονταλγίας ὡς οὐδὲν ἕτερον ποιεῖ.

Κεφ. κδ'. [Περὶ Κύφεως.] Κῦφι θυμιάματός ἐστι σκευασία κεχαρισμένη θεοῖς· χρῶνται δὲ αὐτῷ κατακόρως οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἱερεῖς· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις, καὶ ἀσθματικοῖς δίδοται ἐν ποτίσμασι[14]. σκευασίαι δὲ αὐτοῦ ἐμφέρονται πλείονες, ἐν αἷς ἐστι καὶ αὕτη· κυπείρου ἡμίξεστον, ἀρκευθίδος

12) Sic C. N. X.; σκευαστοῖς Ald.
13) Ald. ἐστενωμένην.
14) X. ποτήμασι.

gratia, additur etiam factitiis suffimentis. Iuvat quoque suffitu matricem obstructam.

Cap. XXIII. [*De Cancamo.*] Cancamon est lacrima arabici ligni, myrrham quadantenus referens, virosi gustus, qua tanquam suffimento utuntur. Suffumigant et vestes, additis myrrha et styrace. Vim ipsi tribuunt nimis obesos emaciandi, si ternûm obolorum pondere ex aceto aut aceto mulso per plusculos dies bibatur. Datur et lienosis, comitialibus et qui spirituum difficultate laborant. Menses ex aqua mulsa prolicit. Oculorum cicatrices confestim exterit, hebetudini visus medetur, vino dilutum. Quin et adversus gingivas humore praegnantes dentiumque dolores est si quid aliud efficax.

Cap. XXIV. [*De Cyphi.*] Cyphi est suffimenti compositio Diis accepta, qua Aegyptii sacerdotes abunde utuntur. Additur et antidotis, et iis, qui spiritus difficultate exercentur, potum exhibetur. Plures circumferuntur praeparationes, in quibus una haec est: Sumito cyperi sexta-

ἁδρᾶς τὸ αὐτό· σταφίδων λιπαρῶν ἐκγεγιγαρτισμένων μνᾶς ιβ'· ῥητίνης ἀποκεκαθαρμένης μνᾶς ε'· καλάμου ἀρωματικοῦ, ἀσπαλάθου, σχοίνου, ἑκάστου μνᾶν α'· σμύρνης < ιβ'· οἴνου παλαιοῦ ξέστας θ'· μέλιτος μνᾶς β'· ἐκγιγαρτίσας τὴν σταφίδα κόψον καὶ λέανον μετ' οἴνου καὶ σμύρνης, καὶ τὰ ἄλλα κόψας καὶ σήσας, μίξον τούτοις, ἔασόν τε συμπιεῖν ἡμέραν α'· εἶτα ἑψήσας τὸ μέλι ἄχρι κολλώδους συστάσεως, μίξον ἐπιμελῶς τὴν ῥητίνην τετηκυῖαν· εἶτα τὰ λοιπὰ συνανατρίψας ἐπιμελῶς ἀποτίθεσο εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον.

Κεφ. κε'. [Περὶ Κρόκου.][15] Κρόκος [οἱ δὲ κάστωρ, οἱ δὲ κυνόμορφος, προφῆται αἷμα Ἡρακλέους]. Ἀμείνων μέν ἐστιν ὁ κωρύκιος ἐν Κιλικίας, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ Κωρύκου, δεύτερος ὁ λυκιακὸς ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ Ὀλύμπου, τρίτος ὁ ἐξ Αἰγῶν τῆς Αἰολίδος· ὁ δὲ κυρηναϊκὸς καὶ σικελικὸς[16] ἀσθενέστεροι μέν εἰσι τῇ δυνάμει, πολύχυλοι δὲ καὶ εὔθλαστοι, διὸ καὶ τοὺς πολλοὺς πλανῶσιν[17]. Εἰς δὲ τὴν ἰατρικὴν χρῆ-

15) Omne hoc caput, confusum in editionibus, integrum restitui e codd. C. et N.
16) ὁ ἐκ Κεντορίας πάντων τῶν κατὰ Σικελίαν editiones.
17) Ald. sic: λαχανώδεις ὄντες πάντες· διὰ μέντοι τὸ πολύχυλον.

rium dimidium, baccarum iuniperi crassiorum tantumdem; uvarum passarum pinguium acinis expertium minas duodecim; resinae purgatae minas quinque; calami aromatici, aspalathi, schoeni, singulorum minam unam; myrrhae drachmas duodecim; vini vetusti sextarios novem; mellis minas duas. Uvam passam, exemtis acinis, tundito et cum vino ac myrrha subigito, cetera tusa cribrataque his admisceto, sinitoque combibere diem unum. Tum melle cocto ad glutinis molem, resinam eliquatam curiose admisce, ac tum demum etiam reliqua, diligenter simul contrita, tandem vase fictili recondito.

Cap. XXV. [*De Croco.*] Crocus [alii castor, alii cynomorphon, prophetae sanguinem Herculis vocant]. Optimus est corycius e Cilicia, a Coryco; secundum locum obtinet lycius, qui in Olympo Lyciae nascitur; tertius ex Aegis Aeolidis provenit. Cyrenaicus ac siculus vi infirmiores sunt, licet succulenti ac expressu faciles: ideo etiam multos decipiunt. Ad medicum usum optimus est

σιν ἄριστος ὁ πρόσφατός τε καὶ εὔχρους, ὀλίγον ἔχων λευκὸν[18], ὑπομήκης, ὁλόκληρος[19], πλήρης, ἀλέτῳ[20] εὔπνους, ἔν τε τῇ διέσει τὰς χεῖρας βάπτων, οὐκ εὐρωτιῶν, ὑπόδριμυς· ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος ἢ ἄωρος ἢ παλαιός ἐστιν ἢ ἀποβεβρεγμένος. Δολοῦται δὲ μιγνυμένου κροκομάγματος, ἢ δι' ἑψήματος ὑπαλειφόμενος, συντετριμμένης εἰς τὸ βαρυσταθμίσαι λιθαργύρου ἢ μολυβδαίνης. Ἐλέγχεται δὲ τῷ κονιορτῶδες ὑπάρχειν ἢ ἑψήματος ὀδωδὴν, καὶ διαινόμενον μὴ εἰλικρινῆ προσβάλλειν τὴν εὐωδίαν. Θέσσαλος μὲν οὖν φησι μόνον εὐώδη αὐτόν· οἱ δὲ καὶ θανάσιμον εἶπον διδόναι αὐτοῦ ἰὸν τρεῖς < μεθ' ὕδατος. Κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς διουρητικός ἐστι καὶ ἠρέμα παραστύφων· διὸ καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα ποιεῖ περιχριόμενος μεθ' ὕδατος καὶ πρὸς ῥευματισμὸν ὀφθαλμῶν καὶ ὤτων· μετὰ γάλακτος συμπλέκεται κολλυρίοις ὠτικοῖς καὶ στοματικοῖς· ἔστι δὲ καὶ ἀκραίπαλος· ἢ

καὶ εὔχρουν οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὴν θυίαν βάπτοντες, τούτῳ χρῶνται: in quo sequuntur editiones posteriores.

18) Edit. addunt ἐπὶ τῆς ἕλικος, quod aegerrime intelligitur.

19) Edit. ὁλομελὴς, ἄθραυστος. Marcell. legit in nonnullis codd. εὔθραυστος.

20) Codd. habent ἀλήτης, ἀλίπης, ἀνελλιπής.

recens ac probe coloratus, albedinis nonnihil admixtum gerens, longiusculus, integer, plenus, dum teritur suaviter spirans, humectus manus tingens, situ haud corruptus, subacris. Qui talis non est, vel immaturus habetur, vel vetustate exoletus, vel humore depravatus. Adulteratur vero admixto crocomagmate aut sapa sublita, simul tritis etiam, ut pondus increscat, lithargyro aut molybdaena. Probatur autem eo, quod pulveris quicquam superest aut sapae odor, aut si humectatur, quod sinceram odoris suavitatem non prodit. Thessalus quidem bene olentem eum duntaxat dixit; alii et letale eius venenum exhiberi asseruerunt ad drachmas tres cum aqua. Si res ad verum exigitur, urinam movendi et leniter astringendi vim habet. Hinc facit ex aqua illitus ad erysipelata et ad rheumatismos oculorum auriumque. Cum lacte comprehenditur collyriis ad aurium orisque affectus. Crapu-

ῥίζα δὲ τῆς αὐτὸν φερούσης πόας μετὰ γλυκέος πινομένη οὖρα κινεῖ.

Κεφ. κϛ΄. [Περὶ Κροκομάγματος.] Τὸ δὲ κροκόμαγμα γίνεται ἐκ τοῦ κροκίνου μύρου, τῶν ἀρωμάτων ἐκπιεσθέντων καὶ ἀναπλασθέντων. Ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐῶδες καλὸν, μέσως κατάσμυρνον, βαρὺ, μέλαν, ἄξυλον, ἐν τῷ διεθῆναι ἱκανῶς κροκῶδες τὴν χρόαν, λεῖον, ὑπόπικρον[21], βάπτον ἰσχυρῶς τοὺς ὀδόντας καὶ τὴν γλῶσσαν, ἐπιμένον τε συχνὰς ὥρας· τοιοῦτον δ᾽ ἐστὶ τὸ ἀπὸ Συρίας. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις, οὐρητικὴν, μαλακτικὴν, πεπτικὴν, θερμαντικήν· ἀναλογεῖ δὲ κατὰ ποσὸν τῇ τοῦ κρόκου δυνάμει· πλεῖστον γὰρ τούτου μετείληφεν.

Κεφ. κζ΄. [Περὶ Ἑλενίου.] Ἑλένιον [οἱ δὲ σύμφυτον, οἱ δὲ περσικὴν, οἱ δὲ μηδικὴν, οἱ δὲ Ὀρέστειον, οἱ δὲ νεκτάριον, οἱ δὲ κλεωνίαν, οἱ δὲ βάτον ἰδαῖαν[22], οἱ δὲ φλόμον ἰδαῖον[23] καλοῦσι, Ῥωμαῖοι τερμινάλιουμ, οἱ δὲ ἤνουλα καμ-

21) Sic Oribas. Alii ὑπόκιῤῥον, quod hic nullius est, quia κροκῶδες iam praecessit.

22) C. βατονειδέαν.

23) C. ὄλυμον ἰδαῖον.

lam etiam arcet. Radix herbae crocum ferentis e passo pota urinas ciet.

Cap. XXVI. [*De Crocomagmate.*] Crocomagma e crocino fit unguento, expressis aromatis et in pastillos digestis. Praestat, quod odoratum est, modice myrrheum, ponderosum, nigrum, ligni ramentorum expers, quod satis dilutum croci colorem reddit, laeve, subamarum, dentes linguamque vehementer multasque horas persistente colore tingens. Tale est, quod e Syria provenit. Vim habet detergendi, quae pupillis caliginem offundunt, urinam ciendi, molliendi, concoquendi et calefaciendi. Croci vires quodammodo aemulatur, quippe cuius plurimum particeps est.

Cap. XXVII. [*De Helenio.*] Helenium [alii symphyton, alii persicam aut medicam, alii Orestiam, alii nectarium, aut cleoniam, alii rubum idaeum, alii phlomon idaeum vocant, Romani terminalium aut inulam campa-

πάνα, Αἰγύπτιοι λήνης,] φύλλα ἔχει φλόμῳ τῷ στενοφύλλῳ[24] παραπλήσια, τραχύτερα δὲ καὶ ἐπιμήκη· καυλὸν δ᾽ ἀνίησι δασὺν, διπηχυαῖον καὶ μείζονα, γωνιοειδῆ, οὐκ ἐκ μεγάλων διαστημάτων τὰ φύλλα ἔχει, καὶ παρὰ τὰς γωνιὰς ἐξοχάς τινας παρατεταγμένας εἰς φύλλων πρότυπα· ἀφ᾽ ἑκάστης μασχάλης ἄνθη μήλινα καὶ καρπὸς ἐν αὐτοῖς ὡς φλόμου κατὰ τὴν προσαφὴν κνησμονὴν ποιοῦν[25]. Καυλὸν δὲ οὐκ ἀνίησιν ἔν τισι τόποις, ῥίζαν ὑπόκιῤῥον, εὐώδη, μεγάλην, ὑποδριμεῖαν[26], εὐαφῆ, ἀφ᾽ ἧς εἰς τὴν φύτευσιν, καθάπερ ἐπὶ τῶν κρίνων ἢ ἄρων, λιπαραὶ παραφυάδες λαμβάνονται. Γίνεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς καὶ συσκίοις καὶ ἐνίκμοις[27] τόποις. Ὀρύσσεται δὲ ἡ ῥίζα θέρους καὶ τεμνομένη ξηραίνεται· κινεῖ δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον οὖρα καὶ ἔμμηνα· αὐτὴ δὲ ἡ ῥίζα λαμβανομένη ἐν λυκίῳ[28] μετὰ μέλιτος, ἁρμόζει βηξὶν, ὀρθοπνοίαις, ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἐμπνευματώσεσι, θηρίων δήγμασι, καθόλου θερμαντικὴ ὑπάρχουσα. Τὰ δὲ φύλλα αὐτῆς ἐπιπλάττεται ἀφεψηθέντα μετ᾽ οἴνου ἰσχιαδικοῖς ὠφε-

24) C. N. habet additamentum ἰδαίῳ, quod e synonymo notho φλόμῳ ἰδαίῳ forte irrepsit.

26) Haec omnia e cod. Neapol. 26) Oribas. ὑπόπικρον.

27) X. ἀνίκμοις, sicut et Ald. et Asul.

28) Cod. C. N. sic. Solus Aldinus habet ἐκλικτῷ.

nam, Aegyptii lenes] folia habet phlomo angustifolio similia, sed asperiora et oblonga. Caulem emittit hirsutum, bicubitalem, angulatum, folia e non magnis interstitiis et ad angulos prominentias quasdam in foliorum protypum dispositas. E quavis axilla flores lutei, et fructus in illis, ut phlomi, qui tactu pruritum facit. Caulem autem in quibusdam locis non emittit, radicem subfulvam, odoratam, grandem, subacrem, tactu mollem, ex qua ad consitionem, sicut in liliis arisque fit, opimae propagines decerpuntur. Nascitur in locis montosis, umbrosis et humidis. Foditur autem radix aestate, et concisa siccatur. Decoctum eius bibitum urinas ducit et menses: ipsa vero radix cum lycio et melle sumta prodest in tussibus, spiritus difficultate, ruptis, spasmis, flatibus, bestiarum morsibus, cum in universum calefaciat. Folia eius e vino cocta utiliter ischiadicis illinuntur. Palato grata (radix)

λίμως· ἔστι δὲ εὔστομος[29] ταριχευθεῖσα ἐν γλυκεῖ· ξηράναντες γὰρ αὐτὴν ἐπ᾽ ὀλίγον οἱ ἁλμευταὶ, εἶτα ἀφεψήσαντες ἀποβρέχουσιν ὕδατι ψυχρῷ, εἶτα βάλλοντες εἰς ἕψημα, ἀποτίθενται εἰς χρῆσιν· ποιεῖ δὲ λεία πινομένη αἱμοπτοϊκοῖς.

Κεφ. κη'. [Περὶ Ἑλενίου αἰγυπτίου.] Ἑλένιον ἄλλο ἱστορεῖ Κρατεύας γεννᾶσθαι ἐν Αἰγύπτῳ· πόα δέ ἐστι κλῶνας ἔχουσα πηχυαίους ἐπὶ γῆς ἐῤῥιμένους, ὥςπερ τὸ ἕρπυλλον· φύλλα δὲ τοῖς τοῦ φακοῦ ὅμοια, μακρότερα[30] δὲ καὶ πολλὰ περὶ τοῖς κλωνίοις, ῥίζαν ὠχρὰν, πάχος δακτύλου μικροῦ, κάτωθεν λεπτὴν, ἄνωθεν δὲ παχυτέραν[31], φλοιὸν ἔχουσα μέλανα· φύεται δὲ ἐν παραθαλασσίοις τόποις καὶ γεωλόφοις[32]. Δύναμιν δ᾽ ἔχει μετ᾽ οἴνου πινομένη μία ῥίζα θηριοδήκτοις βοηθεῖν.

Κεφ. κθ'. [Περὶ ἐλαίου ὠμοτριβοῦς.] Ἔλαιον πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν ἄριστον τὸ ὠμοτριβὲς, ὃ καὶ ὀμφάκινον καλεῖται. Τούτου διαφέρει τὸ νέον, ἄδηκτον, εὐῶδες· χρήσιμον δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ εἰς τὴν τῶν μύρων κατασκευήν.

29) Ald. εὐστόμαχος.
30) μικρότερα Anguillara p. 177. ex ipso Cratevae textu.
31) πλατυτέραν Anguillara p. 177., sequentibus omissis.
32) Marcell. Vergil. λεία, sed sine fide codicum.

dulci condita. Salgamarii enim paullulum eam siccant, tum decoctum in aquam frigidam demergunt, postea in defrutum coniiciunt, et ad usum reponunt. Trita potaque ad sanguinis sputa confert.

Cap. XXVIII. [*De Helenio aegyptio.*] Aliud Helenium Cratevas refert in Aegypto nasci. Herba est ramis cubitalibus, humi procumbentibus, sicut serpylli. Folia lenti similia, sed longiora et crebra circa ramos, radicem pallidam, digiti minimi crassitie, infra attenuatam, apice vero crassiorem, cortice nigro praeditam. Gignitur in locis maritimis et tumulosis. Vim habet una radix e vino pota contra serpentium ictus opitulantem.

Cap. XXIX. [*De oleo ex immaturis olivis.*] Optimum id oleum est ad usum per sanitatem, quod et omphacium dicitur. Praecellit recens, mordacitatis expers, suaveolens. Tale est et ad praeparationem unguentorum

Ἔστι δὲ καὶ εὐστόμαχον, διὰ τὸ στύφειν, καὶ οὔλων σταλτικὸν καὶ ὀδόντων κρατυντικὸν, κρατούμενον ἐν τῷ στόματι, καὶ ἱδρώτων ἐφεκτικόν.

Κεφ. λ΄. [Περὶ ἐλαίου κοινοῦ.] Τὸ δὲ καὶ παλαιότερον καὶ λιπαρώτερον εἰς τὴν τῶν φαρμάκων χρῆσιν εὔθετον. Κοινῶς δὲ πᾶν ἔλαιον θερμαντικόν ἐστι καὶ μαλακτικὸν τῆς σαρκὸς, δυσπερίψυκτα φυλάσσον τὰ σώματα καὶ ἑτοιμότερα πρὸς τὰς ἐνεργείας ποιοῦν. Ἔστι δὲ καὶ εὐκοίλιον καὶ μαλακτικὸν, ἀμβλῦνόν τε τὰς τῶν ἑλκούντων φαρμάκων δυνάμεις ἐν τῇ μίξει· δίδοται δὲ καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα συνεχῶς πινόμενον καὶ ἐξεμούμενον· καθαίρει δὲ ὅσον κοτύλη σὺν πτισάνης ἴσῳ χυλῷ ποθὲν ἢ ὕδατι· στροφουμένοις τε ἐν ποτῷ ὠφελίμως δίδοται μετὰ πηγάνου ἑψηθὲν κυάθων ἓξ πλῆθος, ἕλμινθάς τε ἐκβάλλει· καὶ ἐνίεται δὲ τὸ αὐτὸ μάλιστα πρὸς τὰς εἰλεώδεις. Τὸ δὲ παλαιὸν θερμαντικώτερον καὶ διαφορητικώτερον· πρὸς ὀξυδορκίαν τε ὑπάλειμμα· ποιητέον[33] δὲ, εἰ μὴ παρείη τὸ παλαιὸν ἔλαιον οὕτω, κατεράσας[34] εἰς ἀγγεῖον

33) Sic Cornar. Vulgo *μικτέον*.

34) Sic Ald.; *κατεακράσας* Asulan., *κατακεράσας* Cornar., Goupyl., Sarac.

utile, quin etiam stomacho gratum ob astringentem vim. Ore si contineatur, gingivas contrahit dentesque firmat. Sudores denique cohibet.

Cap. XXX. [*De oleo communi.*] Quod vetustius est ac pinguius, ad medicamentorum parationem idoneum. In universum autem omne oleum calefacit, carnem emollit, corpora ne perfrigescant tuetur, et ad functiones obeundas alacriora reddit. Bonam etiam alvum molliendo facit: ad haec hebetat admistum exulcerantium medicaminum vires. Propinatur insuper ad letifera venena, sic ut iugitur bibatur et evomatur. Purgat heminae mensura cum pari ptisanae succo aut aqua epotum. Iis, qui torminibus vexantur, utiliter porrigitur in potu cum ruta decoctum sex cyathorum mensura: ita et vermes eiicit. Infunditur id ipsum et ad iliosos affectus. At vetus tum magis calefacit, tum fortius discutit: sublinitur quoque ad visum acuendum. Fit autem, si defuerit vetus oleum,

τοῦ παρόντος τὸ κρεῖσσον, ἕψε ἕως οὗ σχῇ μέλιτος πάχος καὶ χρῶ· τὴν γὰρ αὐτὴν τῷ προειρημένῳ εἰςφέρεται δύναμιν.

Κεφ. λα'. [Περὶ ἐλαίου ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας.] Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον στυπτικώτερον, πρὸς μὲν τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν δεύτερον· κεφαλαλγοῦσι δὲ ἀντὶ ῥοδίνου ἁρμόζει, ἐπέχον καὶ ἱδρῶτας καὶ τρίχας ῥεούσας· ἀποσμήχει δὲ καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας καὶ ψώρας καὶ λέπρας, βράδιόν τε πολιοῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπαλειφόμενον.

Κεφ. λβ'. [Ἔλαιον λευκόν.] Λευκαίνεται δὲ ἔλαιον οὕτω· λαβὼν τὸ τῇ χρόᾳ μὲν λευκὸν, τὴν ἡλικίαν δὲ μὴ πλέον ἐνιαυσίου, ἔγχεε εἰς κεραμοῦν ἀγγεῖον πλατύστομον, καινόν· ἔστωσαν δὲ μέτρῳ κοτύλαι ρ'· εἶτα θεὶς ὑφ' ἥλιον ἀνάχει κόγχῳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κατὰ τὸ μέσον, ὑψόθεν τῇ καταφορᾷ χρώμενος, ἵνα τῇ συνεχεῖ κινήσει[35] καὶ πληγῇ μεταβάλληται καὶ ἀφρίσῃ· τῇ δὲ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ βρέξας τήλεως καθαρᾶς <ν' ἐν ὕδατι θερμῷ, ἔμβαλε μαλακὴν γενομένην εἰς τὸ προειρημένον ἔλαιον χωρὶς τοῦ στραγγίσαι τὸ ὕδωρ·

35) Ald. κυλήσει, X. κυήσει, P. κυκήσει.

tali modo. Praesentis olei praestans defundito in vas, ad mellis molem cognito, eoque modo utitor. Eandem enim cum praedicto vim asciscit.

Cap. XXXI. [*De oleo sylvestris olivae.*] Quod e sylvestri oliva (exprimitur) oleum, vehementius astringit, et ad usum sanorum secundum sibi locum vindicat. Caput dolentibus rosacei vice convenit. Sudores sistit et defluos capillos inhibet. Quin etiam furfures et achores, scabiem ac lepras extergit, moraturque canos, si quotidie illinitur.

Cap. XXXII. [*Oleum candidum.*] Candidum redditur oleum sequenti modo. Sumito album colore nec anniculo vetustius et in fictile novum lati oris infundito centum heminarum mensura. Dein soli expositum quotidie circa meridiem concha refundito, ex alto deturbans, ut continua motitatione et concussione agitatum mutetur et spumescat. Octava die foenum graecum purgatum drachmarum quinquaginta pondere aquaque calida maceratum atque adeo remollitum, aqua interim neutiquam ex-

προςαπόδος δὲ καὶ δαλὸν πιτυΐνης ὥς ὅτι[36] λιπαρώτατον καὶ εἰς λεπτὰ κατεσχισμένον τὰς ἴσας ὁλκὰς καὶ οὕτως ἔασον ἄλλας ὀκτὼ ἡμέρας διελθεῖν· μετὰ δὲ ταύτας ἀνάγει τῷ κόγχῳ τὸ ἔλαιον· τό τε λοιπὸν, εἰ μὲν εἴη τοῦ τέλους τετευχὸς εἰς καινὸν ἀγγεῖον προκεκλυσμένον[37] οἴνῳ παλαιῷ κατεράσας[38] ἀποτίθεσο, προϋποστρωμένων μελιλωτίνων στεφανίσκων[39] ὁλκῶν ια´ καὶ ἴριδος τῆς ἴσης· εἰ δὲ μὴ πάλιν ἐν ἡλίῳ θετέον αὐτό· καὶ ἐργαστέον ἄχρις οὗ λευκὸν γένηται.

Κεφ. λγ´. [Περὶ σικυωνίου ἐλαίου.] Ἔνεστι δὲ τῶν προειρημένων καὶ Σικυώνιον οὕτω σκευάζειν· εἰς λέβητα κεκασσιτερωμένον πλατύστομον ἐγχέας νέου ἐλαίου ὠμοτριβοῦς καὶ λευκοῦ χόαν α´, καὶ ὕδατος ἡμίχουν ἕψε κούφῳ πυρὶ, κινῶν πραέως· ὅταν δὲ ἀναζέσῃ δὶς, ὑπόσπασον τὸ πῦρ, καὶ ψύξας ἀποκόγχισον τὸ ἔλαιον· εἶτα ἄλλο ἐπιδοὺς ὕδωρ, συναναζεσον αὐτῷ, καὶ τὰ λοιπὰ ποιήσας καθὼς ὑποδέδεικται,

36) ὡς ὅτι, duplex augmentum superlativi saepius occurrit in Dioscor.; sed hic deest in Ald.

37) προεκλυσμένον Ald., Asul., Cornar., Goupyl.

38) Ald. κεράσας, Asul. κατακεράσας, quem sequuntur Goupyl. et Sarac. Nostra lectio a Cornario proponitur.

39) ἁλίσκων vulgo interponitur ἄτοπον καὶ ἀσημόγραφον. Ald. ἀλύζων.

pressa, in supradictum oleum coniicito. Insuper addito taedam pineam perquam pinguem et in tenues assulas concisam pari pondere, itaque dies alios octo elabi sinito. His transactis conchae oleum denuo confundito. Quod superest, si finem assecutum fuerit, in vas novum prius vino vetere elutum, substratis autea sertulis e meliloto factis drachmas undecim cum iridis pari pondere, defundito ac recondito. Sin autem nondum (candorem contraxerit) oleum rursus insolandum et opus ipsum repetendum, donec candidum evaserit.

Cap. XXXIII. [*De Sicyonio oleo.*] E praedictis licet et Sicyonium sic parare. In lebetem oris ampli stanno obductum olei recentis omphacini candidique congium unum, aquae vero dimidium infundito, tum igne levi coquito, leniter agitando. Cum bis efferbuerit, ignem subtrahito et ubi refrixerit, concha depleto. Dein alia adiecta aqua simul iterum fervefacito, ac reliquis, sicut antea

ἀπόθου. Σκευάζεται δὲ τοῦτο μάλιστα ἐν Σικυωνίᾳ, Σικυώνιον καλούμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει ποσῶς θερμαντικὴν, ἁρμόζον ἐν πυρετοῖς καὶ τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι· χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τῷ στιλβώτρῳ.

Κεφ. λδ΄. [Ῥύπος βαλανείων.] Ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς βαλανείοις συναιρόμενος δύναται θερμαίνειν, μαλάσσειν, διαφορεῖν, ῥαγάσι τε καὶ κονδυλώμασιν ἐν διαχρίστοις.

Κεφ. λε΄. [Ῥύπος ἐκ τῆς παλαίστρας.] Ὁ δὲ ἐκ τῆς παλαίστρας προςειληφὼς τὴν κόνιν, ἐοικὼς δὲ ῥύπῳ, τὰς περὶ τοὺς κονδύλους συστροφὰς ἐπιτιθέμενος ὠφελεῖ· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰσχιαδικοὺς θερμὸς ἀντὶ μαλάγματος ἢ πυρίας ἐπιτιθέμενος.

Κεφ. λϛ΄. [Ῥύπος γυμνασίων.] Καὶ ὁ ἐν τοῖς τῶν γυμνασίων τοίχοις ῥύπος καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων θερμαίνει τὲ καὶ διαχεῖ τὰ δύςπεπτα φύματα καὶ πρὸς ἀποσύρματα καὶ πρὸς ἕλκη πρεσβυτικὰ ἁρμόζει.

Κεφ. λζ΄. [Περὶ Ἐλαιομέλιτος.] Ἐλαιόμελι κατὰ Πάλμυραν[40] τῆς Συρίας ἐκ τοῦ στελέχους ἐλαιῶν[41] μέλιτος πα-

40) Παλμυρᾷ Asulan., Goupyl., Saracen. τὰ παλαιά C. N. Ald. ϑ' ἁλμυρὰ coniecit Cornarus, ut Plinio 15, 7. responderet. Sed ἁλμυρὰ pro παραλίοις dici, insolentissimum.

41) Ἔκ τινος στελέχους ἔλαιον vulgo inepte, cum nec oleum sit, nec ignota arbor, quae id largitur, sed ipsa olea.

monitum, peractis reponito. Conficitur vero hoc praeprimis in Sicyonia, unde nomen accepit. Vim habet quadantenus calefacientem, febribus nervorumque affectibus accomodatam. Utuntur eo et mulieres ad nitorem cuti inducendum.

Cap. XXXIV. [*De sordibus balneorum.*] Sordes in balneis collectae calefaciunt, molliunt, discutiunt, rimis sedis et condylomatis perunctione prosunt.

Cap. XXXV. [*De sordibus palaestrae.*] Sordes, quae e palaestra pulverem sibi adiungunt, prioribus similes, articulorum nodis impositae iuvant, prosunt etiam calidae, ad malagmatis aut fomenti instar admotae ischiadicis.

Cap. XXXVI. [*De sordibus gymnasiorum.*] Sordes e gymnasiorum parietibus simulacrisque (derasae) calefaciunt ac dispergunt tubercula cruda, locis a cute nudis ulceribusque inveteratis conferunt.

Cap. XXXVII. [*De elaeomelite.*] Elaeomeli circa Palmyram Syriae e trunco olearum melle crassius fluit,

χύτερον ῥεῖ, γλυκὺ τῇ γεύσει, ὅπερ πινόμενον πλῆθος κυάθων β′ μετὰ κοτύλης μιᾶς ὕδατος, ἄγει κατὰ κοιλίαν ὠμὸν καὶ χολῶδες· ἔννωθροι δὲ γίνονται καὶ ἔκλυτοι οἱ λαμβάνοντες, ὅπερ οὐ δεῖ εὐλαβεῖσθαι· διεγείρειν δὲ αὐτοὺς μὴ ἐῶντας καταφέρεσθαι.

Σκευάζεται δὲ ἐκ τοῦ λίπους τῶν θαλλῶν ἔλαιον· ἔστι δὲ αὐτοῦ κάλλιστον καὶ παλαιὸν καὶ παχὺ καὶ λιπαρὸν, οὐ τεθολωμένον· θερμαίνει δὲ ἰδίως ποιοῦν πρὸς τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἐγχριόμενον, καὶ λέπρας καὶ ἀλγήματα περὶ νεῦρα ἐγχριόμενον ὠφελεῖ.

Κεφ. λη′. [Περὶ κικίνου ἐλαίου.] Κίκινον ἔλαιον σκευάζεται τούτῳ τῷ τρόπῳ· λαβὼν ὡρίμων κροτώνων ὅσον ἂν δόξῃ καὶ ψύξας εἰς ἥλιον, καταστρώσας θειλοπέδου τρόπον, ἕως ἂν ὁ περικείμενος φλοιὸς ἀποῤῥαγεὶς ἐκπέσοι, συναγαγὼν τὴν σάρκα, ἔμβαλλε εἰς ὅλμον καὶ κόψας ἐπιμελῶς εἰς λέβητα κεκασσιτερωμένον ὕδωρ ἔχοντα βάλε καὶ ἀνάβρασον ὑποκαίων· ὅταν δὲ ἀνῶσι τὴν ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα πᾶσαν, ἄρας τὸν λέβητα ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ἀπόψα μύακι τὸ ἐπιπλέον ἔλαιον καὶ ἀποτίθεσο. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι διὰ τὸ δαψιλοῦς

dulce gustatu, quod ad cyathos duos cum aquae hemina bibitum crudum biliosumque humorem alvo detrahit. Sed qui assumsere, torpescunt viribusque deficiuntur, attamen eo terreri minime oportet. Quin excitandi sunt, neque permittendum ut gravius consopiantur.

Paratur et ex liquore unguinoso surculorum oleagineorum oleum, cuius optima species est vetus, crassa, adiposa nec tamen turbida. Calefacit, singularique adminiculo est in caligine oculorum illitum, pariterque inunctum iuvat in lepris et nervorum doloribus.

Cap. XXXVIII. [*De oleo ricini.*] Ricini oleum tali modo paratur: Sumito maturorum ricinorum quantum libet, siccato in sole, substrata crate, donec cortex ambiens ruptus deciderit, tum carnem colligens in pilam coniicito ac diligenter tusam in lebetem stanno obductum aqua plenum transferto succensoque igne fervefacito. Cum vero insitum humorem prorsus deposuerint, sublato ab igne lebete, tollito conchula innatans oleum ac recondito. Aegyptii autem, quoniam maiore ipsis copia opus est, aliter

χρήζειν, ἑτέρως αὐτὸ σκευάζουσι· μετὰ γὰρ τὸ καθάραι εἰς μύλην ἀποδιδόντες τοὺς κρότωνας, ἀλήθουσιν ἐπιμελῶς· εἶτα εἰς σπυρίδας ἐμβαλόντες τὸ ἠλεσμένον[42], δι' ὀργάνου ἐκθλίβουσιν. Ὥριμοι δέ εἰσιν οἱ κρότωνες, ὅταν ὑπὸ τῶν περιεχόντων αὐτοὺς σφαιρίων ἀπολύωνται. Ποιεῖ δὲ τὸ κίκινον πρὸς ἀχῶρας καὶ ψώρας καὶ τὰς ἐν ἕδρᾳ φλεγμονὰς, πρός τε ὑστέρας μύσεις καὶ διαστροφὰς, ἔτι δὲ οὐλὰς ἀπρεπεῖς καὶ ὠταλγίας· ἐμπλάστροις τε μιγὲν ἐμπρακτοτέρας αὐτὰς ἐργάζεται· ἄγει δὲ καὶ κατὰ κοιλίαν ὑδατῶδες ποθὲν, ἐκκρίνει δὲ καὶ ἕλμινθας.

Κεφ. λθ'. [Περὶ ἀμυγδαλίνου ἐλαίου.] Ἀμυγδάλινον ἔλαιον, ὅ τινες μετώπιον καλοῦσι, σκευάζεται οὕτως. Ἀμυγδάλων πικρῶν χοίνικας δ' καθάρας καὶ ξηράνας, κόψον ὑπέρῳ ξυλίνῳ ἐν ὅλμῳ κούφως, μέχρις μάζα γένηται, ἐπιχέας τε ζεστοῦ ὕδατος κοτύλας β'· ἔα συμπιεῖν ἡμιώριον, ἀφ' ἧς πάλιν βιαιότερον τρίβε, εἶτα ἀποθλίβων πρὸς πλάκα ἐξίπου, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν δακτύλων εἰς μύακα ἀναλάμβανε· εἶτα πάλιν

42) Sic Cod. X. et Asulan. Ald. et Sarac. ἀληλεσμένον.

id conficiunt. Nam repurgatos ricinos molae mandant accurateque molunt, dein quod molitum est in sportulas coniectum torculo exprimunt. Maturi autem sunt ricini, cum folliculis eos cingentibus solvuntur. Facit vero oleum ricini ad achores et scabiem et sedis inflammationes, nec non ad uteri obstructiones conversionesque, itemque ad cicatrices foedas et aurium dolores. Quin et emplastris additum efficaciora ea reddit. Potum denique aquas per alvum ducit, vermesque eiicit.

Cap. XXXIX. [*De oleo amygdalino.*] Oleum amygdalinum, quod aliqui metopium vocant, hoc modo paratur. Amygdalarum amararum purgatarum siccatarumque choenicas quatuor in pila ligneo pistillo leviter contundito, donec offam referant, affusisque aquae ferventis heminis duabus sinito per horam dimidiam humorem imbibere, tumque iterum vehementius terito (massam) et ad tabellam quassatam exprimito, quodque digitis haeserit, concha excipito. Tandem massae pultaceae iterum aspersa

εἰς τὸ ἀποτεθλιμμένον κοτύλην ὕδατος μίαν ἐπιχέας καὶ συμπιεῖν ἐάσας τὸ αὐτὸ ποίει· ἀποδίδωσι δὲ κοτύλην α′ τὸ, τετραχοίνικον. Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰς ἐν μήτρᾳ ἀλγηδόνας καὶ πνίγας ὑστερικὰς, διαστροφάς τε καὶ φλεγμονὰς τῶν αὐτῶν τόπων, ἔτι δὲ καὶ κεφαλαλγίας καὶ ὤτων πόνους καὶ ἤχους καὶ συριγμούς· ὠφελεῖ δὲ καὶ νεφριτικοὺς καὶ δυςουριῶντας καὶ λιθιῶντας, καὶ ἀσθματικοὺς καὶ σπληνικούς. Αἴρει δὲ καὶ σπίλους ἐκ προςώπου καὶ ἐφήλεις καὶ ῥυτίδας, μέλιτι μιγνύμενον καὶ κρίνου ῥίζῃ καὶ κυπρίνῃ ἢ ῥοδίνῃ κηρωτῇ· καὶ ἀμβλυωπίας δέ ἐστιν ἀνασκευαστικόν· σὺν οἴνῳ δὲ ἀχῶρας καὶ πίτυρα σμήχει.

Κεφ. μ′. [Περὶ βαλανίνου ἐλαίου.] Ἐοικότως δὲ καὶ τὸ βαλάνινον σκευάζεται. Δύναμιν δ᾽ ἔχει καθαρτικὴν σπίλων, φακῶν, ἰόνθων, οὐλῶν μελανίας, κοιλίας καθαρτικήν. Ἔστι δὲ κακοστόμαχον· ἁρμόζει δὲ καὶ ὠταλγίαις καὶ ἤχοις καὶ συριγμοῖς, μετὰ χηνείου στέατος ἐγχεόμενον.

Κεφ. μα′. [Ἔλαιον σησάμινον καὶ καρύϊνον.] Ὁμοίως δὲ σκευάζεται τοῖς προειρημένοις, τό,τε σησάμινον ἐκ τοῦ

aquae hemina, quam combibere siveris, idem facito. Choenices autem quaterni reddunt heminam unam. Expedit vero ad dolores matricis suffocationesque hystericas, conversiones etiam et inflammationes eorumdem locorum, itemque ad capitis dolores auriumque affectus, susurrus tinnitusque. Utile insuper iis, qui renum vitiis; urinae difficultate et calculis laborant, asthmaticis et lienosis. Quin et maculas tollit e facie, a sole ustis medetur, cutem erugat, admixtum melli, lilii radici ceratoque cyprino aut rosaceo. Hebetem etiam oculorum aciem emendat, achores denique et furfures cum vino abstergit.

Cap. XL. [*De balanino oleo.*] Simili modo et balaninum oleum paratur. Vim habet repurgandi maculas, lentigines, varos et cicatricum nigritias. Purgat idem alvum, sed stomacho adversatur. Contra dolores aurium, susurrus et tinnitus auxilio est, cum anserino adipe instillatum.

Cap. XLI. [*Olea sesaminum et iuglandinum.*] Eodem quoque, quo antedicta, modo sesaminum oleum e se-

σησάμου, καὶ τὸ καρύϊνον ἐκ τῶν βασιλικῶν καρύων συντιθέμενον· δύναμιν δὲ ἔχουσι τὴν αὐτὴν τῷ βαλανίνῳ.

Κεφ. μβ'. [Περὶ ὑοσκυαμίνου ἐλαίου.] Καὶ τὸ ὑοσκυάμινον σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τὸν λευκὸν καρπὸν, ξηρὸν, πρόσφατον, καὶ κόψας, ὕδατι θερμῷ φύρα, ὡς προείρηται ἐπὶ τοῦ ἀμυγδαλίνου· ἡλιάζων δὲ τὰ ὑπὸ χεῖρα ξηραινόμενα αὐτοῦ μέρη τῷ ὅλῳ ἀνάμισγε, καὶ τὸ αὐτὸ ποίει, ἄχρις ἂν μελανθῇ καὶ δυσῶδες γένηται· εἶτα διηθήσας καὶ ἐκθλίψας[42 a] ἀποτίθεσο· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ὠταλγίας, καὶ πεσσοῖς μίγνυται, μαλακτικὸν ὄν.

Κεφ. μγ'. [Περὶ Κνιδελαίου.] Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ διὰ τοῦ κνιδείου σκευάζεται κόκκου λεπτισθέντος[43] καὶ κοπέντος· καθαρτικὴν δὲ ἔχει δύναμιν κοιλίας πινόμενον.

Κεφ. μδ'. [Περὶ Κνικελαίου.] Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ κνίκινον σκευάζεται· δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ τῷ διὰ τοῦ κνιδείου κόκκου, ἀνειμένη δὲ μᾶλλον.

Κεφ. με'. [Περὶ Ῥαφανελαίου.] Τὸ δὲ ῥαφάνινον σκευάζεται ἐκ τοῦ αὐτῆς σπέρματος, ὥσπερ καὶ τὰ λοιπά.

42 a) Ald. δι' ἠθμοῦ ἐκθλ. Saracen. δι' ὀθονίου διηθ.
43) C. N. X. . . λεπισθέντος Ald., Asulan., Cornar., Saracen.

samo et iuglandinum e nucibus iuglandis paratur. Easdem vero cum balanino vires habent.

Cap. XLII. [*Oleum hyoscyami.*] Hyoscyaminum sic praeparatur: Semen ipsum album, recens, siccum accipito et contusum aqua calida subigito, velut de amygdalino praeceptum est. Dum vero insolabis, arescentes eius, quae ad manus sunt, partes toti massae permisceto. Id ipsum tamdiu facito, donec nigrescat graveolensque reddatur. Mox per linteolum colatum et expressum reponito. Utile est ad aurium dolores, pessis etiam additur propter vim mollientem.

Cap. XLIII. [*De cnidio oleo.*] Similiter paratur quod e coccis cnidiis purgatis et tusis conficitur. Potum ad alvum solvendam efficax est.

Cap. XLIV. [*De oleo carthami.*] Eodem quoque modo e carthamo oleum conficitur. Vis eadem, quae cnidii, sed remissior.

Cap. XLV. [*De raphanino oleo.*] Id e seminibus raphani, sicut et reliqua, paratur. Iis convenit, qui e mala

Τοῖς τε ἐκ νόσου φθειριῶσιν ἁρμόζει, καὶ τὰς περὶ τὸ πρόσωπον σμήχει τραχύτητας· χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς προσοψήμασι συνέψοντες αὐτό.

Κεφ. μϛ΄. *[Περὶ Μελανθελαίου.] Καὶ τὸ μελάνθινον δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν καὶ σκευασίαν τῷ ῥαφανίνῳ.*

Κεφ. μζ΄. *[Περὶ Σιναπελαίου.] Τὸ δὲ σινάπινον σκευάζεται, λεαινομένου τοῦ σινήπεως καὶ βρεχομένου ὕδατι ψυχρῷ*[44]*, ἔπειτα μιγνυμένου ἐλαίου καὶ συνεκθλιβομένου· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ χρόνια ἀλγήματα μετασυγκρίνον*[45].

Κεφ. μη΄. *[Περὶ Μυρσινελαίου.] Μυρσίνινον δὲ σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τὰ ἁπαλὰ φύλλα τῆς μελαίνης μυρσίνης ἢ ἀγρίας ἢ ἡμέρου, κόπτε πιέζων· ἴσον δὲ τῷ χυλῷ ἐλαίου ὀμφακίνου μίσγων, χλίαινε ἐπ᾽ ἀνθράκων, ἕως ἂν συνεψηθῇ, αἴρων τὸ ἐφιστάμενον· εὐκοπωτέρα δὲ ἡ σκευασία, τὰ ἁπαλὰ τῶν φύλλων κόψαντα ἕψειν μεθ᾽ ὕδατος καὶ ἐλαίου, καὶ τὸ ἐφιστάμενον ἀποψᾶν· ἰδίως δὲ τὰ φύλλα καθέντα εἰς ἥλιον,*

44) Sic cod. C. X., Par., Asulan., Cornar., Goupyl. *θερμῷ* Ald., Ruell., Saracen.

45) Sic Ald. et Saracen. optime. *μετὰ σύγκρισιν* plerique codices, ut et Asulan., Cornar., Goupyl.

valetudine pedicularem morbum contraxerunt, scabrities in facie quoque emendat. Utuntur eo Aegyptii una cum obsoniis coquentes.

Cap. XLVI. [*De oleo melanthii.*] Et melanthii oleum easdem cum raphanino habet vires, eodem modo parandum.

Cap. XLVII. [*De sinapino oleo.*] Sinapinum conficitur ad laevorem trito sinapis semine et aqua frigida macerato, adiecto postea oleo ac simul expresso. Facit ad dolores diuturnos, temperiem omnem omnino mutans.

Cap. XLVIII. [*De oleo myrteo.*] Myrteum oleum sic paratur: Myrti nigrae seu sylvestris seu sativae tenera folia tundito ac exprimito: succo dein omphacii parem mensuram admisceto et super prunis calefacito, donec simul cocta fuerint, sublato eo, quod supernatat. Fuerit vero minus operosa praeparatio, si mollia folia tusa in aqua et oleo coxeris, et quod innatat deterseris; peculiari vero modo, si exposita soli folia in oleo maceraveris.

ἐν ἐλαίῳ ἀποβρέχειν· ἔνιοι δὲ προστύφουσι τὸ ἔλαιον σιδίοις, κυπαρίσσῳ, κυπείρῳ, σχοίνῳ· ἔστι δὲ ἐμπρακτικώτερον τῇ γεύσει πικρίζον, καὶ ἐλαιῶδες, χλωρὸν, διαφανὲς, ὄζον μυρσίνης. Δύναμις δὲ αὐτοῦ στυπτικὴ, σκληρυντική· διὸ καὶ ποιεῖ μιγνύμενον ἀπουλωτικαῖς, καὶ πρὸς πυρίκαυστα, ἀχῶρας, πίτυρα, ἐξανθήματα, παρατρίμματα, ῥαγάδας, κονδυλώματα, ἄρθρα κεχαλασμένα· ἱδρῶτας στέλλει, καὶ ὅσα στύψεως ἢ πυκνώσεως ἔχει χρείαν.

Κεφ. μθ'. [Περὶ Δαφνελαίου.] Τὸ δὲ δάφνινον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων, ὅταν ὦσι δρυπετεῖς, ἑψομένων μεθ' ὕδατος· ἐκ γὰρ τοῦ περικειμένου λέπους ἀνίησι λιπαρίαν τινὰ, ἣν διακόψαντες (διακεράσαντες) χερσὶν εἰς μύακας ἀναλαμβάνουσιν· ἔνιοι δὲ ὀμφάκινον ἔλαιον προστύψαντες κυπείρῳ καὶ σχοίνῳ καὶ καλάμῳ, καὶ μετὰ ταῦτα δάφνης φύλλα ἁπαλὰ βαλόντες συνέψουσιν· οἱ δὲ καὶ δαφνίδας, ἕως ἂν ἱκανὸν γένηται τῇ ὀσμῇ· ἔνιοι δὲ καὶ στύρακα μίσγουσι καὶ μυρσίνην. Ἀρίστη δὲ πρὸς σκευασίαν ἡ ὀρεινὴ καὶ πλατύφυλλος δάφνη· διαφέρει δὲ τοῦ δαφνίνου τὸ πρόςφατον, χλω-

Nec desunt, qui oleum prius inspissent malicorio, cupresso, cypero ac schoeno. Efficacius est, quod gustu subamarum deprehenditur, oleosum, viride, pellucidum myrtumque redolens. Vis ipsius astringens et indurans, quare efficaciter medicamentis cicatricem obducentibus admiscetur. Facit quoque ad ambusta, achores, furfures, papulas, attrita, rhagadas, condylomata et laxatos articulos. Sudores compescit, denique ad omnia valet, quae astrictionem densationemve exigunt.

Cap. XLIX. [*De oleo laurino.*] Oleum laurinum conficitur e fructibus lauri omnino maturis aqua coctis. Tum enim ex ambeunte cortice pinguedinem quamdam exsudant, quam manibus dispersam conchula excipiunt. Nonnulli vero, ubi omphacium oleum cypero et schoeno et calamo prius inspissarunt, tenera deinde lauri folia in id coniecta simul decoquunt. Sunt qui lauri fructus addant, dum iustus odor accesserit, alii styracem myrrhamque admiscent. Ad eiusmodi confectionem laurus montana et latifolia est optima. Laurinum vero oleum excellit, quod

ρὸν τῇ χρόᾳ, πικρότατον, δριμύ. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναστομωτικὴν, κόπων λυτικήν· ἁρμόζει καὶ τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσι πᾶσι καὶ ὠταλγίαις καὶ καταῤῥοϊζομένοις. [νεφριτικοῖς δὲ τοῖς ἀπὸ ψύξεως ἄλειμμά ἐστιν ἄριστον ὡς οὐδὲν ἕτερον ὠφελοῦν][46]. Ἔστι δὲ καὶ ναυτιῶδες ποθέν.

Κεφ. ν΄. [Περὶ Σχινελαίου.] Τὸ δὲ σχίνινον ὁμοίως ἐκ τοῦ καρποῦ πεπείρου σκευασθὲν, ὡς τὸ δάφνινον, προστυφθὲν, ὑγιάζει ψώρας κτηνῶν καὶ κυνῶν· καὶ εἰς πεσσοὺς καὶ εἰς ἄκοπα καὶ λεπρικὰ ἐπιτηδείως μίγνυται· στέλλει δὲ καὶ ἱδρῶτας. Καὶ τὸ τερεβίνθινον ὁμοίως σκευάζεται. ψύχει δὲ καὶ στύφει.

Κεφ. να΄. [Περὶ Μαστιχελαίου.] Τὸ δὲ μαστίχινον ἐκ τῆς μαστίχης λείας σκευάζεται. Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὑστέρᾳ πάντα, ἠπίως θερμαῖνον, στύφον, μαλάσσον, καὶ πρὸς τὰ περὶ τὸν στόμαχον ἐπιῤῥιπτόμενα σκιῤῥώματα καὶ κοιλιακὰ καὶ δυσεντερικὰ καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου καθαῖρον

46) Abest hoc a cod. X., Paris., ab Asulan., Cornar., qui in nothis collocarunt.

recens est, colore viridi, amarissimum et acre. Vim habet calefacientem, mollientem, spiracula vasorum aperientem, lassitudines fugantem. Quin et malis nervorum omnibus, doloribus aurium et catarrhis confert: [renum vero vitio e frigore contracto laborantibus illitus est praestantissimus et, si quid aliud, utilis.] Sed potum idem nauseosum est.

Cap. L. [*De oleo lentiscino.*] Lentiscinum vero similiter ac laurinum e maturo fructu confectum ac prius inspissatum, scabiem iumentorum canumque sanat. Pessis, acopis et ad lepras tollendas idoneis utiliter immiscetur. Sudores etiam cohibet. Terebinthinae oleum simili modo paratur, quod siccat et astringit.

Cap. LI. [*De mastichino oleo.*] Mastichinum e trita mastiche paratur. Efficax est adversus omnia matricis mala, leniter calefacit, astringit, mollit, utile etiam ad scirrhos ventriculum corripientes, ad fluxum coeliacum et dysenteriam. Vitia, quae sunt in facie, emendat

καὶ εὔχροιαν ποιοῦν· συντίθεται δὲ ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ κάλλιστον.

Κεφ. νβ'. [Περὶ συνθέσεως μύρων.] Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ μύρα εὐθετεῖ ἐπ' ἐνίων παθῶν καὶ μιγνύμενα φαρμάκοις καὶ ἐμβρεχόμενα καὶ ὀσφραινόμενα, ἀκόλουθον ἡγούμεθα καὶ τῆς τούτων παραδόσεως μεμνῆσθαι[47]. *Ταῦτα δεῖ δοκιμάζοντας ἐπιβλέπειν, εἰ ἀφ' οὗ ἡ κρᾶσις τοῦ μύρου, ἐκεῖνο ποιεῖ κατὰ τὴν ὄσφρησιν· ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ τοιαύτη κρίσις· ἐπ' ἐνίων μέντοι οὐ φυλάττεται τὸ τοιοῦτον δι' ἐπικράτειαν μιγμάτων σφοδροτέρων, ὡς ἐπὶ ἀμαρακίνου καὶ κροκίνου καὶ τηλίνου καὶ ἄλλων τινῶν, ἅπερ ἐκ τῆς περὶ αὐτὰ γυμνασίας δοκιμαστέον.*

Κεφ. νγ'. [Περὶ ῥοδίνου σκευασίας.] Ῥόδινον ἔλαιον γίνεται οὕτω· σχοίνου λίτρας έ οὐγγίας ή, τοῦ ἐλαίου λίτρας κ' οὐγγίας έ κόψας καὶ φυράσας ὕδατι, ἕψε ἀνακινῶν· εἶτα ἀπηθήσας εἰς τὰς κ' λίτρας καὶ οὐγγίας έ ἐλαίου, βάλε

47) Sic C. N. X. . . Ald., Asul. et Sarac. *καὶ τὴν τούτων παράδοσιν ποιήσασθαι.* Ald. praeterea habet inscriptionem huius capituli: *ΣΥΝΘΕΣΙΣ ΠΕΡΙ ΜΥΡΩΝ.*

melioremque colorem praestat. Optimum vero in Chio insula componitur.

Cap. LII. [*De unguentorum compositione.*] Quandoquidem unguenta nonnullis affectibus accommodantur, partim medicamentis admixta, partim instillata, aut etiam odoratu percepta, consequens esse ducimus et huius tractationis memoriam prodere. Horum periculum facientes observare oportet, an illud olfactui repraesentent, e quo mixtio ipsorum constat. Optimum enim est tale iudicium. Attamen id in nonnullis locum non habet, propter vehementiorum, quae miscentur, praevalens dominium, velut in amaracino, crocino, eo quod e foeno graeco fit, nec non in aliis quibusdam: quae quidem e crebra circa ipsa exercitatione probanda sunt.

Cap. LIII. [*De rosacei praeparatione.*] Rosaceum oleum fit hoc modo: Schoeni libras quinque unciasque octo concisi aquaque subacti in olei libris viginti unciisque quinque subinde movendo coquito. Post, ubi percolaveris, in olei libris illis viginti unciisque quinque

ῥόδων ἀβρόχων ἀριθμῷ χίλια πέταλα, [ἢ κυπείρου λίτραν α´, ἑλενίου λίτραν α´, καλάμου λίτραν α´, ἐλαίου ξέστας ϛ´, ῥόδων ξέστας αϛ´][48], καὶ τὰς χεῖρας μέλιτι χρίσας εὐώδει[49], ἀνακίνει πλεονάκις ὑποθλίβων ἡμέραν[50]· εἶτα ἐάσας τὴν νύκτα ἔκθλιβε· ὅταν δὲ τὸ τρυγῶδες ὑποστῇ, ἄλλαξον τὸ ὑποδεχόμενον ἀγγεῖον· ἀποτίθεσο δὲ εἰς κρατῆρα μέλιτι κατακεχρισμένον· βαλὼν δὲ εἰς λουτηρίδιον τὰ ἐξιπωθέντα ῥόδα, ἐπίχει λίτρας η´[51] οὐγγίας γ´ τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου, καὶ πάλιν ἐξίπου· ἔσται δέ σοι τοῦτο δεύτερον· καὶ βουληθεὶς[52] ἄχρι γ´ ἢ δ´ ἀποβροχῆς ἐπιχέων ἐξίπου· γίνεται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον, τὸ δὲ τέταρτον μύρον· ὁσάκις δ᾽ ἂν ποιῇς, τοὺς κρατῆρας προκατάχριε μέλιτι· εἰ δὲ θέλεις δευτέραν ἐπιβολὴν[53] ποιήσασθαι, εἰς τὸ πρῶτον ἐξιπωθὲν ἔλαιον τὸν ἴσον ἀριθμὸν προσφάτων ῥόδων ἀβρόχων ἔμβαλε, καὶ ἀνακινῶν ταῖς χερσὶ προδεδευμέναις μέλιτι

48) Cod. X. et Asulan. 49) Cod. C. N. X. Par.

50) Cod. C. N. X... Ald. ἠρέμα.

51) Cod. X. et Ald... Asulan. κ´.

52) Cod. X... κἂν βουληθῇς Ald., Asul., Sarac.

53) Sic codices omnes. Primus Asulanus habet ἐμβολὴν, quem sequuntur Corn. et Sarac.

rosarum numero mille non madefactarum, [aut cyperi, helenii, calami, singulorum libram unam, olei sextarios sex, rosarum sesquisextarium:] unctisque melle odorato manibus premens identidem moveto per diem; dein, ubi noctem unam siveris, exprimito. Quum vero faeculentum subsederit, mutato recipiente vase, in craterem melle oblitum recondito: dein expressis rosis in labellum coniectis, olei inspissati libras octo cum unciis tribus affundito iterumque exprimito: eritque hoc tibi secundarium oleum. Quodsi volueris ad tertiam usque quartamve macerationem progredi, toties oleum rosis affundito et exprimito. Fit enim et primarium et secundarium et tertiarium et quartarium unguentum. Sed quoties id feceris, crateras melle prius oblinito. Si secundam cupiveris iniectionem instituere, in primo expressum oleum recentium ac minime madidarum rosarum parem numerum immittito et manibus melle prius imbutis agitans expri-

ἐκπίεζε καὶ ποίει τὸ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ τέταρτον ὁμοίως ἐκθλίβων· καὶ ὁσάκις ἂν ποιῇς τοῦτο, νεαρὰ πρόςβαλε ὀνυχίζων ῥόδα· δυναμικώτερον γὰρ γίνεται· ἄχρι δὲ ἑβδόμης ἐμβροχῆς ἐπιδέχεται τὸ ἔλαιον τὴν ἐμβολὴν τῶν ῥόδων, ἔπειτα δὲ οὐκέτι· κεχρίσθω δὲ καὶ ἡ ληνὸς μέλιτι· δεῖ δὲ ἐπιμελῶς τὸ ἔλαιον τοῦ χυλοῦ χωρίζειν· ἀπολειφθὲν γὰρ τοὐλάχιστον τὸ μύρον φθείρει· ἔνιοι δὲ αὐτὰ μόνα τὰ ῥόδα θλάσαντες[54] καὶ ἡλιάσαντες ἐναποβρέχουσι τῷ ἐλαίῳ ἔχοντα σταθμὸν οὐγγίων ς', εἰς ἕνα[55] ξέστην ἐλαίου, καὶ ἀλλάσσοντες[56] ἡμέρας η', καὶ ἡλιάζοντες ἐπὶ ἡμέρας μ' ἄχρι τρίτης ἐμβροχῆς, οὕτως ἀποτίθενται. Ἔνιοι δὲ προστύφουσι τὸ ἔλαιον, κάλαμον καὶ ἀσπάλαθον ἐμβάλλοντες, οἱ δὲ καὶ ἄγχουσαν ἕνεκεν εὐχροίας καὶ ἅλας πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικὴν[57], εὔθετον εἰς ἐμβρέγματα καὶ καταπλασμάτων μίξεις· λύει δὲ καὶ κοιλίαν ποτιζόμενον καὶ καῦσον σβέννυσι στομάχου· ἔστι δὲ καὶ θρεπτικὸν κοίλων ἑλκῶν, καὶ τῶν κακοήθων πραϋντικὸν, ἀχώρων καὶ ἐκζεμάτων

54) Sic cod. C. N. X. ὀνυχίσαντες Ald., Asul., Sarac.
55) Vulgo μίαν. 56) μαλάσσοντες N.
57) Sic Ald.. ψύχουσαν cod. N.

Κεφ. ρλζ΄ (ρλη΄). [Περὶ Ἐλαίας.] Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ τὰ τῆς ἡμέρου ἐλαίας φύλλα, λείπεται δὲ τῇ δυνάμει· ὅθεν πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ μᾶλλον ἁρμόζει διὰ τὸ ἐπιεικέστερον· τὸ δὲ ἐκ χλωροῦ τοῦ ξύλου καιομένου ἐκκρινόμενον ὑγρὸν πίτυρα καὶ ψώρας καὶ λειχῆνας καταχριόμενον ἰᾶται· καὶ ὁ καρπὸς δὲ αὐτῶν καταπλασθεὶς πίτυρα καὶ νομὰς θεραπεύει· τὸ δὲ ἐντὸς τοῦ πυρῆνος μετὰ στέατος καὶ ἀλεύρου λεπροὺς ὄνυχας ἐκτινάσσει.

Κεφ. ρλη΄ (ρλθ΄). [Περὶ κολυμβάδων ἐλαιῶν.] Ἐλαῖαι κολυμβάδες λεῖαι καταπλασθεῖσαι πυρίκαυστα οὐκ ἐῶσι φλυκταινοῦσθαι καὶ ῥυπαρὰ δὲ ἕλκη καθαίρουσιν· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἅλμης χυλὸς αὐτῶν διακλυζόμενος οὖλα στέλλει καὶ ὀδόντας σειομένους κρατύνει· ἔστι δὲ ἡ μὲν ὑπόκιῤῥος καὶ πρόςφατος ἐλαία δυςκοίλιος, εὐστόμαχος· ἡ δὲ μέλαινα καὶ πέπειρος,

19) Sarac. ψιμμίθιον.

que vino subacta eodem modo cremantur: postremo cerussae modo lavantur et coguntur (in pastillos). Ceterum videtur ustio neutiquam spodio cedere ad conficienda medicamina ocularia, quare et iisdem viribus pollere censendum est.

Cap. CXXXVII. (CXXXVIII.) [*De Olea.*] Iisdem praedita sunt viribus et oleae sativae folia, sed viribus inferiora, quare oculorum medicamentis ob mitiorem vim aptiora. Qui vero humor ex accenso virente ligno manat, furfures, scabiem et lichenes illitu sanat. Quin et fructus earum furfuribus ulceribusque depascentibus medetur. Quod autem intra nucleum est, cum adipe et farina leprosos ungues excutit.

Cap. CXXXVIII. (CXXXIX.) [*De olivis muria conditis.*] Olivae muria conditae, tritae et ambustis illitae pustulas gigni prohibent ac sordida ulcera repurgant. Succus autem ipsarum e muria collutione gingivas contrahit emotosque dentes stabilit. Oliva vero subfulva ac recens alvo incommoda est, sed stomacho utilis. Nigra et matura in

εὐδιάφθορος καὶ κακοστόμαχος, ὀφθαλμοῖς τε ἀνεπιτήδειος, καὶ κεφαλαλγής· φρυγεῖσα δὲ καὶ καταπλασθεῖσα νομὰς ἵστησι καὶ ἄνθρακας περιῤῥήττει.

Κεφ. ρλθ′ (ρμ′). [Περὶ ἐλαίου ἀγρίας ἐλαίας.] Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον διάκλυσμα οὔλοις μυδῶσι[20], καὶ σταλτικὸν ὑποσάλων ὀδόντων ἐστὶ, πυρία τε δι' αὐτοῦ θερμαινομένου καὶ διϋλιζομένου[21] ἐπιτήδειον οὔλοις ῥευματιζομένοις· δεῖ δὲ ἔριον μηλωτῇ περιτιθέντας ἀποβάπτειν εἰς τὸ ἔλαιον καὶ προσάπτεσθαι τοῖς οὔλοις, ἄχρις ἂν λευκὰ φανῇ.

Κεφ. ρμ′ (ρλδ′). [Περὶ ἀμόργης.][22] Ἀμόργη ὑποστάθμη ἐστὶν ἐλαίας τῆς ἐκθλιβομένης, ἥτις ἑψηθεῖσα ἐν χαλκῷ κυπρίῳ μέχρι μελιτώδους συστάσεως στύφει, ποιοῦσα πρὸς ἃ καὶ τὸ λύκιον, ἐκ περισσοῦ δὲ καὶ πρὸς ὀδονταλγίας καὶ τραύματα, περιχριομένη[23] μετ' ὄξους ἢ οἴνου ἢ οἰνομέλιτος· μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι καὶ ἐμπλαστι-

20) Ald. πλαδῶσι.

21) Sic Cornar. Vulgo διακλυζομένου.

22) Manifesto hoc caput, quod vulgo Acaciam sequitur, huc transponendum, ut iam Sarac. iudicavit.

23) C. N. Vulgo ἐπιχριομένη.

corruptionem prona stomachoque est adversa, ac tum oculis minime convenit, tum dolores capitis ciet. Torrefacta autem ac illita ulcera depascentia sistit et carbunculos incidit.

Cap. CXXXIX. (CXL.) [*De oleo sylvestris oleae.*] Oleum sylvestris olivae ad gingivas flaccidas madidasque colluitur dentesque labantes firmat. Eiusdem calefacti defoecatique fotus gingivis fluxione tentatis est accommodatus. Lanam porro specillo circumdatam in oleum demergere oportet ac gingivis tantisper applicare, donec alba conspiciantur.

Cap. CXL. (CXXXIV.) [*De amurca.*] Amurca est sedimentum olivae expressae. Ea in aheno cyprio ad crassitudinem mellis astringit, ad eadem, ad quae lycium adhibetur, efficax. Excellit autem adversus dentium dolores et vulnera, circumlita cum aceto, vino, aut mulso. Additur et in oculorum medicamenta eaque, quibus cutis

καῖς· παλαιουμένη τε βελτίων γίνεται· ἔγκλυσμά τε ἕδρᾳ καὶ αἰδοίῳ καὶ μήτραις εἱλκωμέναις ἐστὶ χρήσιμον[24], ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐφθαρμένους ὀδόντας σὺν ὀμφακίῳ[25] ἑψηθεῖσα ἄχρι μελιτώδους συστάσεως καὶ περιπλασθεῖσα· ψώρας τε κτηνῶν σὺν θέρμων ἀφεψήματι καὶ χαμαιλέοντος καταχριομένη θεραπεύει· ἡ δὲ ἀνέψητος καὶ πρόσφατος ποδαγρικοὺς καὶ ἀρθριτικοὺς ὠφελεῖ θερμὴ καταντληθεῖσα· ἐγχριομένη δὲ εἰς κώδιον καὶ ἐπιτιθεμένη ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν στέλλει τὸν ὄγκον.

Κεφ. ρμα΄. [*Περὶ δακρύου ἐλαίας αἰθιοπικῆς.*] Τὸ δὲ δάκρυον τῆς αἰθιοπικῆς ἐλαίας ἔοικέ πως σκαμμωνίᾳ, ἔγκιῤῥον, ἐκ μικρῶν σταγόνων συγκείμενον, δηκτικόν· τὸ δὲ ὅμοιον κόμμει καὶ ἀμμωνιακῷ, μελανίζον καὶ οὐ δηκτικὸν, ἀχρεῖον· φέρει δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ ἡ παρ᾽ ἡμῖν ἐλαία καὶ ἡ ἀγριελαία· ποιεῖ δὲ πρὸς ἀμβλυωπίαν, καὶ οὐλὰς καὶ λευκώματα ἐγχριόμενον σμήχει, οὖρά τε καὶ ἔμμηνα κινεῖ, καὶ πρὸς ὀδόντων πόνους ἐνεργεῖ, ἐντιθέμενον εἰς τὸ βρῶμα· ἀναγράφεται δὲ καὶ ἐν τοῖς φθαρτικοῖς· ἄγει γὰρ καὶ ἔμβρυα, καὶ

24) Vulgo χρήσιμος.
25) E Plinio, Serapione et Cornario. Vulgo ὀμφακίνῳ.

spiracula obducuntur. Veterascens melior evadit. Utiliter partes ea eluuntur in sedis, genitalium matricisque ulceribus. Dentes quoque corruptos extrahit cum omphacio ad mellis spissitiem cocta et oblita. Scabiem iumentorum cum lupinorum et chamaeleontis decocto peruncta sanat. Cruda vero recensque podagricos et arthriticos calente fotu iuvat. Velleri inducta et hydropicis imposita tumorem reprimit.

Cap. CXLI. [*De lacrima oleae aethiopicae.*] Lacrima oleae aethiopicae similis quodammodo est scammonio, subfulva, stillis constans exilibus, atque mordax. Quae vero gummi et ammoniacum refert, colore nigricans, nec gustu mordens, inutilis est. Talem lacrimam et nostrates ferunt oleae oleastrique. Facit ea ad visus hebetudinem, et oculorum cicatrices albuginesque emendat illita, urinas mensesque prolicit: erosorum etiam dentium cavis indita ad eorum dolores expedit. Quin et iis adnumeratur, quae abortum faciunt, fetus enim expellit:

λειχῆνας θεραπεύει καὶ λέπραν· καλεῖται δὲ αἰθιοπικὴ ἐλαία καὶ ἀγριελαία.

Κεφ. ρμβ'. [Περὶ Δρυός.] Δρῦς πᾶσα στυπτικὴν ἔχει δύναμιν καὶ ξηραντικήν[26]· μάλιστα δὲ αὐτῆς στύφει τὸ μεταξὺ τοῦ φλοιοῦ καὶ τοῦ πρέμνου ὑμενοειδὲς, ὁμοίως καὶ τὸ περὶ τῇ βαλάνῳ ὑπὸ τὸ κέλυφος· δίδοται δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν κοιλιακοῖς καὶ δυςεντερικοῖς καὶ αἱμοπτοϊκοῖς, καὶ ἐν πεσσοῖς λεῖον προςτίθεται ῥοϊκαῖς γυναιξίν· [τὰ δὲ φύλλα νεότρητα κολλᾷ τραύματα.][27]

Κεφ. ρμγ'. [Περὶ βαλάνων.] Καὶ αἱ βάλανοι δὲ αὐτὰ ποιοῦσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οὐρητικαὶ καὶ κεφαλαλγεῖς βιβρωσκόμεναι καὶ πνευματοῦσαι· ἁρμόζουσι δὲ πρὸς τὰ ἰοβόλα ἐσθιόμεναι· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καὶ τοῦ φλοιοῦ βοηθεῖ τοξικῷ μετὰ γάλακτος βοείου πινόμενον· ὠμαὶ δὲ καταπλασθεῖσαι λεῖαι φλεγμονὰς παρηγοροῦσι σὺν στέατι δὲ χοιρείῳ ταριχηρῷ, πρὸς κακοήθεις σκληρίας καὶ πρὸς πονηρευόμενα ἕλκη ἁρμόζουσιν· ἰσχυρότεραι δὲ τῶν δρυΐνων αἱ πρίνιναι τῇ δυνάμει εἰσίν.

26) Ultimum addunt C. N. X.; omissum vulgo.
27) Haec in C. N. Desunt in X. et in editt.

lichenes quoque sanat et lepram. Appellatur autem olea aethiopica etiam olea sylvestris.

Cap. CXLII. [*De Quercu.*] Quercus omnis astringentem habet vim et siccantem: maxime vero astringit membranacea tunica, quae corticem ipsum et truncum interiacet, similiter id, quod circa glandem sub calyce est. Datur autem decoctum eorum coeliacis, dysentericis et sanguinem exspuentibus. Trita ea tunica in pesso subditur feminis fluxu laborantibus. [Folia vulnera recens puncta glutinant.]

Cap. CXLIII. [*De Glandibus.*] Glandes eadem praestant. Urinam quoque cient in cibum sumtae, capitisque dolores et flatus gignunt: comestae vero resistunt ictibus venenatorum. Earum quoque et corticis decoctum contra toxica prodest ex lacte vaccino potum. Crudae autem tritaeque inflammationes illitu leniunt: cum axungia suilla salsa ad malignas duritias et malefica ulcera idoneae. Sunt denique iligneae glandes quernis efficaciores.

Κεφ. ρμδ'. [Περὶ Φηγοῦ καὶ Πρίνου.] Καὶ ἡ φηγὸς δὲ καὶ ἡ πρῖνος εἴδη ὄντα δρυὸς, ἐοικότα ἐνεργεῖ· τῆς δὲ ῥίζης τῆς πρίνου ὁ φλοιὸς ἑψηθεὶς σὺν ὕδατι ἄχρις οὗ τακηρὸς γένηται, καὶ ἐπιπλασθεὶς νύκτα ὅλην, τρίχας μελαίνει προαποσμηχθείσας κιμωλίᾳ γῇ· ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα πάντων κοπέντα λεῖα οἰδήμασι, καὶ τὰ ἄτονα δὲ μέρη κρατύνει.

Κεφ. ρμε. [Περὶ Καστάνων.] Αἱ δὲ σαρδιαναὶ βάλανοι, ἅς τινες λόπιμα ἢ κάστανα καλοῦσιν, ἢ μότα[28], ἢ Διὸς βαλάνους, στύφουσαι καὶ αὐταὶ, τῶν ὁμοίων εἰσὶ δραστικαὶ καὶ μάλιστα οἱ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λέπους φλοιοί· ἡ δὲ σὰρξ καὶ τοῖς ἐφήμερον πεπωκόσιν ἁρμόζει.

Κεφ. ρμϛ'. [Περὶ Κηκίδων.] Κηκὶς καρπός ἐστι δρυός· ἡ μέν τις ὀμφακίτις καλεῖται, μικρὰ καὶ κονδυλώδης, στιβαρὰ, ἀτρύπητος, ἡ δέ τις λεία καὶ κούφη καὶ τετρημένη· ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὴν ὀμφακίτιν, ἐνεργεστέραν οὖσαν· ἀμφότεραι δὲ στύφουσιν ἱκανῶς καὶ στέλλουσι λεῖαι τὰς ὑπερσαρκώσεις, ῥευματισμούς τε οὔλων καὶ κιονίδος καὶ τὰς ἐν

28) ἄμωτα Agilochus, ignotus scriptor apud Athen. 2, 40.

Cap. CXLIV. [*De Esculo et Ilice.*] Esculus et ilex cum quercus species sint, similia quoque efficiunt. Ilicis vero radicis cortex cum aqua coctus, dum liquescat, et per totam noctem impositus, capillos denigrat prius cimolia terra detersos. Omnium folia concisa et trita in oedematibus apta, imbecilla etiam membra corroborant.

Cap. CXLV. [*De Castaneis.*] Sardianae glandes, quas alii lopima aut castana appellant, alii mota aut Iovis glandes, cum et ipsae astringant, similes quoque effectus praebent: maxime vero tunicae, quae carnem et putamen discriminant. Ceterum caro iis, qui ephemerum biberint, convenit.

Cap. CXLVI. [*De Gallis.*] Galla est fructus quercus. Quaedam omphacitis appellata parva est et tuberosa, compacta, nullisque foraminibus obnoxia: altera vero laevis, levis et perforata. Eligi debet omphacitis, quippe quae efficacior. Utraque vehementer astringit. Tritae cohibent carnis luxuriem, gingivarum et columellae fluxio-

στόματι ἄφθας· τὸ δὲ μέσον αὐτῶν, βρώματι ὀδόντων ἐντεθὲν, παύει τὰς ὀδύνας· γίνονταί τε καὶ ἴσχαιμοι καεῖσαι ἐπ' ἀνθράκων ἄχρι πυρώσεως, καὶ κατασβεσθεῖσαι ἢ οἴνῳ ἢ ὄξει ἢ ὀξάλμῃ· τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῶν ποιεῖ καὶ πρὸς ἐγκαθίσματα, προπτώσεις ὑστέρας καὶ ῥευματισμούς· μελαίνουσι δὲ καὶ τρίχας ἀποβραχεῖσαι ἐν ὄξει ἢ ὕδατι· ἁρμόζουσι δὲ καὶ κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς ἐπιπλαττόμεναι οἴνῳ ἢ ὕδατι λεῖαι καὶ πινόμεναι· τοῖς τε προσοψήμασι μιγνύμεναι ἢ προαφεψόμεναι ὅλαι ἐν τῷ ὕδατι, εἰς ὃ μέλλει τι ἕψεσθαι τῶν ἁρμοζόντων πρὸς αὐτούς· καὶ καθόλου, ὅπου δεῖ στύψαι ἢ στῆσαι ἢ ἀναξηράναι, παραλαμβάνεσθαι δεῖ τὴν χρῆσιν αὐτῶν.

Κεφ. ρμζ'. [Περὶ Ῥοός.] Ῥοῦς ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα, ὃν ἔνιοι ἐρυθρὸν καλοῦσι, καρπός ἐστι τῆς καλουμένης βυρσοδεψικῆς ῥοὸς, ἥ τις ὠνομάσθη ἐκ τοῦ τοὺς βυρσοδέψας αὐτῆς χρῆσθαι εἰς τὴν στύψιν τῶν δερμάτων· ἔστι δὲ δενδρύφιον φυόμενον ἐν πέτραις ὡς δίπηχυ· ἐφ' οὗ φύλλα ἐπιμήκη, ὑπέρυθρα, τὴν περιφέρειαν ἐντετμημένα πριονοειδῶς· καρπὸς δὲ βοτρυδίοις ἐοικὼς, πυκνὸς, κατὰ τὸ μέγεθος τερμίνθου,

nes et in ore aphthas. Quod vero in ipsarum medio est, dentibus erosis inditum dolores sedat. Crematae carbonibus, donec igne candeant, et vino, aceto aut etiam aceto salso exstinctae, vim acquirunt sanguinem sistendi. Decoctum earum ad insessus efficax est contra matricis procidentias et fluxiones. Capillos quoque denigrant aceto aut aqua maceratae. Coeliacis et dysentericis in aqua aut vino tritae seu illitae seu bibitae conveniunt: nec non et obsoniis additae, aut totae in aqua prius coctae, in qua nonnihil excoquendum sit eorum, quae iis affectibus conferant. Generatim vero in usum vocandae sunt, si quid astringendum, sistendum aut siccandum est.

Cap. CXLVII. [*De Rhoë.*] Rhus, quae obsoniis aspergitur, quamque nonnulli rubram vocant, fructus est Rhoës coriariae, sic vocatae, quod coriarii ea utuntur ad coria densanda. Est autem arbuscula in rupibus nascens, fere bicubitalis, in qua folia sunt oblonga, subrubentia et in ambitu serrata: fructus racemulis similis, densus, terebinthinum mole aequans, latiusculus, cuius tunica externa

ὑπόπλατυς, οὗ τὸ περικείμενον φλοιῶδές ἐστιν εὔχρηστον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα στυπτικὴν, ποιοῦσαν πρὸς ἃ καὶ ἡ ἀκακία· μελαίνει δὲ τρίχας τὸ ἀφέψημα. δυσεντερίας τέ ἐστιν ἔγκλυσμα, καὶ πόμα, καὶ ἐγκάθισμα καὶ ὤτων πυῤῥοούντων ἔγκλυσμα, πτερύγιά τε καὶ γαγγραίνας ἐπέχει καταπλασσόμενα τὰ φύλλα μετ᾽ ὄξους ἢ μέλιτος· καὶ τὸ χύλισμα δὲ τῶν φύλλων ξηρῶν ἑψομένων σὺν ὕδατι ὥςπερ τὸ λύκιον ἄχρι συστάσεως μελιτώδους, ἁρμόζει πρὸς ὅσα καὶ τὸ λύκιον, καὶ ὁ καρπὸς δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ, ἁρμόζων ἐν προςοψήμασι κοιλιακοῖς, δυςεντερικοῖς· ἀφλέγμαντά τε τηρεῖ, σὺν ὕδατι καταπλασθεὶς, θλάσματα, ἀποσύρματα, πελιώματα· γλώσσης τε τραχύτητα σμήχει σὺν μέλιτι, καὶ λευκὸν ῥοῦν ἵστησιν· αἱμοῤῥοΐδας τε θεραπεύει μετὰ δρυΐνου ἄνθρακος λείου ἐπιτιθέμενος· καὶ τούτου δὲ τὸ ἀπόβρεγμα ἑψόμενον συνίσταται, βέλτιόν πως τοῦ καρποῦ ποιοῦν· φέρει δὲ καὶ κόμμι, ὅπερ ἐντίθεται τοῖς βρώμασι τῶν ὀδόντων πρὸς ἀπονίαν.

Κεφ. ρμη΄. [Περὶ Φοίνικος.] Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται· τρυγᾶται δὲ μεσοπωρούσης τῆς κατὰ τὴν ὀπώραν

corticosa utilis est. Folia habent vim astringentem similemque acaciae. Decoctum capillos denigrat, dysentericis infunditur, ab iisdem bibitur et ad insessum usurpatur, nec non et auribus pure scatentibus instillatur. Pterygia gangraenasque cohibent folia ex aceto aut melle illita. Succus elicitur lycii in modum, aridis foliis ad mellis spissitudinem in aqua decoctis, et is quidem ad eadem, ad quae lycium, convenit. Quin et fructus eosdem producit effectus, ac coeliacorum dysentericorumque obsoniis commode inspergitur. Contusas, cuticula privatas ac lividas [partes] ab inflammatione tuetur, si cum aqua illinitur: linguae asperitatem cum melle abstergit, alba feminarum profluvia sistit: haemorrhoïdes sanat cum carbone querno trito impositus. Huius quoque infusum si coquitur donec coagulum sistat, ipso etiam fructu efficacius. Gummi denique profert, quod in erosos dentes immittitur ad dolores sedandos.

Cap. CXLIII. [*De Palma.*] Palma in Aegypto nascitur. Ex ea colligitur in medio autumni vigore (fru-

ἀκμῆς, παρεμφέρων τῇ ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ, πόμα[29] δὲ λέγεται· χλωρὸς τὸ χρῶμα, ἐμφερὴς κυδωνίῳ κατὰ τὴν ὀσμήν· εἰ δὲ ἀφεθῇ[30] πεπαινόμενος, γίνεται φοινικοβάλανος· ἔστι δὲ στρυφνὸς, στυπτικὸς, πινόμενος σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ πρὸς διάῤῥοιαν καὶ ῥοῦν γυναικεῖον· ἵστησι δὲ καὶ αἱμοῤῥοΐδας καὶ τραύματα κολλᾷ καταπλασθείς· αἱ δὲ φοινικοβάλανοι[31] στυπτικώτεραι τυγχάνουσι τῶν ξηρῶν· κεφαλαλγεῖς δέ εἰσι καὶ πλείονες βρωθεῖσαι μεθύσκουσιν· αἱ δὲ ξηραὶ ὠφελοῦσι βιβρωσκόμεναι αἱμοπτοϊκοὺς, στομαχικοὺς, δυσεντερικοὺς, καὶ τὰ περὶ κύστιν, καταπλασσώμεναι λεῖαι μετὰ κυδωνίου καὶ κηρωτῆς οἰνανθίνης· μάλιστα δὲ αἱ καρυώτιδες ἐσθιόμεναι, ἀρτηριῶν τραχύτητας ἰῶνται.

Κεφ. ρμθ'. [Περὶ φοινίκων θηβαϊκῶν.] Τῶν δὲ θηβαϊκῶν τὸ ἀφέψημα ποθὲν παύει καύσωνα καὶ τὰς δυνάμεις ἀνακτᾶται, μετὰ ὑδρομέλιτος παλαιοῦ λαμβανόμενον· καὶ αὗται βρωθεῖσαι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι· γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐ-

29) Sic Salmas. Vulgo πῶμα.

30) Sic Marc. Vergil. loco vulgaris ἀφεψηθῇ.

31) πρόσφατοι aut ἁπαλαί intelligendum.

ctus) glandi unguentariae arabicae similis; qui poma dicitur, colore viridi est et cydonium malum odore refert. Quodsi omnino maturescere sinatur, phoenicobalani nomine venit. Est is acerbus ac astringens, et contra alvi profluvia fluxumque muliebrem in vino austero bibitur. Haemorrhoïdes quoque sistit et vulnera illitu conglutinat. Phoenicobalani vero (recentes) siccis plus astringunt, sed capitis dolorem afferunt et copiosiores in cibo sumtae inebriant. Siccae autem sanguinem exscreantes, stomachicos, dysentericos iuvant comestae: tritae cum cydonio et cerato oenanthino vesicae affectibus utiliter illinuntur. Maxime vero caryotae si comedantur, fistulae spiritalis asperitati medentur.

Cap. CXLIX. [*De Palmis thebaïcis.*] Thebaicarum decoctum potui datum febrem ardentem sedat et cum hydromeliti vetusto sumtum vires reficit. Quin et ipsae cibo sumtae idem praestant. Fit etiam ex iis vinum eius-

τῶν, τὸ αὐτὸ δυνάμενος τῷ καρπῷ· καὶ καθ' ἑαυτὸ πόθεν τὸ ἀφέψημα αὐτῶν καὶ ἀναγαργαριζόμενον ἱκανῶς στύφει καὶ στέλλει· οἱ δὲ πυρῆνες τῶν φοινίκων καίονται ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα· εἶτα σβεσθέντες οἴνῳ πλύνονται καὶ ὡς ἀντίσποδα εἰς τὰ καλλιβλέφαρα χρησιμεύουσιν· κἂν μὴ αὐτάρκως καῶσι, πάλιν τὸ αὐτὸ γίνεται. Δύναμιν δὲ ἔχουσι στυπτικὴν, παρεμπλαστικὴν, ποιοῦσαν πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς φλυκτίδας, σταφυλώματα, μίλφας σὺν νάρδῳ· σὺν οἴνῳ δὲ στέλλουσι καὶ ὑπερσαρκώματα καὶ ἐπουλοῦσιν[32] ἕλκη· εὐθετοῦσι δὲ μάλιστα οἱ ἀπ' Αἰγύπτου καὶ οἱ ἐκ τῶν χαμαιζήλων φοινίκων.

Κεφ. ρν'. [Περὶ φοίνικος ἐλάτης.] Φοῖνιξ, ἣν ἔνιοι ἐλάτην ἢ σπάθην καλοῦσι, περικάλυμμά ἐστι τοῦ καρποῦ τῶν φοινίκων ἀκμὴν ἀνθούντων· χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις· ἔστι δὲ αὐτῆς κρατίστη ἡ εὐώδης, στύφουσα, βαρεῖα, μεμυκυῖα, λιπαρὸν ἔχουσα τὸ ἐντός. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ἐφιστᾶσαν τὰ νεμόμενα τῶν ἑλ-

32) Sic C. N. Vulgo ἀπουλοῦσιν.

dem cum fructu efficaciae. Decoctum earum per se potum et gargarizatum vehementer astringit et cohibet. Palmarum vero nuclei, ceterorum omnium more, in olla nova cremantur, dein restincti vino lavantur, et tanquam spodii vicem supplentes ad decorandas palpebras conducunt. Quod si non sufficienter usti fuerint, illud idem iteratur. Vim habent astringentem et spiracula cutis obstruentem, ad oculorum pustulas, staphylomata ciliorumque defluvia, addita nardo, efficacem. Cum vino autem reprimunt carnem luxuriantem et ulcera cicatrice obducunt. Omnium vero aptissimi sunt aegyptii nuclei, quique ex humilibus palmis decerpuntur.

Cap. CL. [*De Palma elate.*] Palma, quam nonnulli elaten aut spatham appellant, involucrum est fructus palmarum etiamnum florentium. Eo unguentarii ad unguentorum spissamenta utuntur. Optima habetur odorata, astringens, ponderosa, praeclusa, quae pinguedinem intus habet. Vi gaudet astringente, qua ulcera depascen-

κῶν, χαλασμούς τε ἄρθρων συνάγει· λεία μαλάγμασι μιγεῖσα καὶ καταπλάσμασιν· ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποχόνδρια καὶ στόμαχον ἀτονοῦντα, καὶ ἡπατικὰς διαθέσεις, μιγνυμένη τοῖς ἁρμόζουσι τῶν καταπλασμάτων· μελαίνει δὲ καὶ τρίχας τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, σμηχόμενον συνεχῶς, ποτιζόμενον δὲ[33] καὶ νεφριτικοῖς καὶ τοῖς περὶ κύστιν σπλάγχνοις[34] ἁρμόζει, κοιλίαν τε καὶ ὑστέραν ῥευματιζομένην ἵστησιν· ἁπαλὴ δὲ σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἐπιτεθεῖσα καὶ ἐαθεῖσα ἡμέρας εἴκοσι, ψώρας ἰᾶται· καὶ ὁ περιεχόμενος δὲ ὑπ' αὐτῆς καρπὸς ἐλάτη καλεῖται, ὑπ' ἐνίων δὲ βόρασσος· καὶ αὐτὸς στυπτικὸς ὢν τὰ αὐτὰ δρᾷ τῇ σπάθῃ, χωρὶς τῆς ἐν τοῖς μύροις εὐχρηστίας· καὶ τὸ ἐγκάρδιον δὲ τοῦ πρέμνου λευκὸν καὶ αὐτὸ πρόσφατον βιβρωσκόμενον καὶ ἀφεψόμενον ποιεῖ πρὸς ὅσα καὶ ὁ βόρασσος.

Κεφ. ρνα'. [Περὶ Ῥόας.] Ῥόα πᾶσα εὔχυμος, εὐστόμαχος, ἄτροφος· τούτων μέντοι ἡ γλυκεῖα (εὐστομαχωτέρα)[35] θερμασίαν ποσὴν γεννῶσα περὶ στόμαχον καὶ πνευματοῦσα·

33) C. N. νευρικοῖς interponunt.

34) Sic C. N. Vulgo περὶ κύστιν καὶ σπλάγχνα.

35) Vel expungendum, vel cum Cornario ἧττον εὐστόμαχος legendum. Sed potest etiam suppleri δοξάζεται, ἡγεῖται et post θερμασίαν δέ. Sic enim intellexerunt Matthiolus et Sarac.

tia sistit laxatosque articulos committit, si trita malagmatis et cataplasmatis admiscetur. Prodest et praecordiis stomachoque imbecilli, nec non et iocinoris affectibus, convenientibus mixta cataplasmatis. Eius decoctum continuo affrictum capillos denigrat. Potui vero datum renibus et visceribus circa vesicam confert: alvi uterique fluxiones sistit. Tenera etiam cum resina et cera imposita scabies sanat, si id per viginti dies continuatur. Qui sub ea continetur fructus, vocatur etiam elate, et a nonnullis borassus. Cum ipse astringens sit, eadem, quae spatha, efficit, excepta ad unguenta utilitate. Ceterum alba quoque trunci medulla tum recens comesta, tum decocta, ad eadem facit, ad quae et borassus.

Cap. CLI. [*De malo punico.*] Malum punicum omne grati est saporis stomachoque utile, sed vix ullius alimenti. Ex his, quae dulcia sunt, stomacho utiliora cen-

ὅθεν ἐπὶ μὲν τῶν πυρεσσόντων ἐστὶν ἄθετος· ἡ δὲ ὀξεῖα καυσουμένῳ στομάχῳ βοηθεῖ καὶ ἐστὶ σταλτικωτέρα καὶ οὐρητικωτέρα, ἄστομος δὲ καὶ στυπτική· ἡ δὲ οἰνώδης μέσην ἔχει δύναμιν· τῆς δὲ ὀξείας ὁ πυρὴν ξηρανθεὶς ἐν ἡλίῳ καὶ ἐπιπασσόμενος προσοψήμασι καὶ συνεψόμενος, κοιλίαν καὶ στομάχου ῥεῦμα ἵστησιν· ἀποβραχεὶς δὲ ἐν ὀμβρίῳ ὕδατι αἱμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ πινόμενος καὶ εἰς ἐγκαθίσματα δυσεντερικῶν καὶ ῥοϊκῶν ἁρμόζει· εὔχρηστον δὲ τὸ ἀπόθλιμμα τῶν πυρήνων ἑψηθὲν καὶ μιγὲν μέλιτι, πρός τε τὰ ἐν στόματι καὶ αἰδοίῳ καὶ ἕδρᾳ ἕλκη, καὶ πτερύγια τὰ ἐν δακτύλοις, νομάς τε καὶ ὑπεροχὰς καὶ ὠταλγίας καὶ τὰ ἐν μυκτῆρσι, καὶ μάλιστα τῆς ὀξείας.

Κεφ. ρνβ'. [Περὶ κυτίνων.] Τὰ δὲ ἄνθη αὐτῆς, ἃ καὶ κύτινοι καλοῦνται, καὶ αὐτὰ στυπτικὰ καὶ ξηραντικὰ καὶ κατασταλτικά εἰσι καὶ ἐναίμων κολλητικὰ, ἁρμόζοντα πρὸς ἃ καὶ ἡ ῥόα· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν οὔλων πλαδώντων καὶ ὀδόντων σειομένων διάκλυσμα, ἀνακόλλημά τε ἐντεροκηλικοῖς

sentur, sed circa eum caloris aliquantum gignunt et flatus, unde et febricitantibus non conferunt. Acida vero aestuanti stomacho auxiliantur, magisque contrahunt ac melius urinam cient, sed ori ingrata sunt et astringunt. Vinosa medias obtinent vires. Acidorum nucleus in sole siccatus et obsoniis inspersus ac cum iis etiam decoctus alvum stomachique fluxionem sistit. Pluvia vero aqua maceratus, sanguinem exscreantes potu iuvat, et ad insessus dysentericorum profluvioque laborantium accommodatur. Quod e nucleis exprimitur, coctum mellique admixtum ad ulcera facit et oris et genitalium et sedis, nec non ad digitorum pterygia, ulcera depascentia et quae in carnibus luxuriantur, itemque ad aurium dolores et narium vitia, maxime vero ex acido punico sumtum.

Cap. CLII. [*De cytinis.*] Huius flores, qui et cytini vocantur, et ipsi quoque astringunt, siccant et cohibent, cruenta vulnera glutinant, et, quas punicum malum, praestant utilitates. Eorum decoctum ad gingivas humore flaccidas dentesque mobiles colluitur et in cataplasmatis hernias intestinales glutinat. Memoriae tradunt,

ἐν καταπλάσμασιν· ἱστοροῦσι δέ τινες, μὴ ὀφθαλμιᾷν παρ᾽ ὅλον τὸ ἔτος τοὺς καταπιόντας τρεῖς κυτίνους, ὥς ὅτι[36] ἐλαχίστους· χυλίζονται δὲ ὡς ἡ ὑποκιστίς.

Κεφ. ρνγ΄. [Περὶ σιδίων.] Καὶ τὰ λέπη δὲ τῆς ῥόας, ἅ τινες σίδια καλοῦσι, στυπτικὴν ἔχοντα καὶ αὐτὰ δύναμιν πρὸς ὅσα καὶ οἱ κύτινοι ἁρμόζουσι· τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν ἕλμινθας πλατείας ποθὲν ἐκτινάσσει καὶ ἀποκτείνει.

Κεφ. ρνδ. [Περὶ βαλαυστίων.] Βαλαύστιόν ἐστιν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς· εἴδη δέ ἐστιν αὐτοῦ πλείονα· εὑρίσκεται γὰρ καὶ λευκὸν καὶ πυῤῥὸν[37] καὶ ῥοδόχρουν· ἔοικε δὲ κυτίνῳ ῥοιᾶς· χυλίζεται δὲ ὡς ἡ ὑποκιστίς. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ποιοῦσαν πρὸς ἃ καὶ ἡ ὑποκιστὶς καὶ ὁ κύτινος.

Κεφ. ρνε΄. [Περὶ Μυρσίνης.] Μυρσίνη ἡ ἥμερος πρὸς μὲν τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἡ μέλαινα τῆς λευκῆς ἁρμοδιωτέρα, καὶ ταύτης μᾶλλον ἡ ὀρεινὴ, τὸν μέντοι καρπὸν ἀτονώτερον ἔχει. Δύναμις δὲ αὐτῆς καὶ τοῦ καρποῦ στυπτική· δίδοται

36) ἔτι Reines. var. lect. p. 186.

37) Oribas. πορφυροῦν.

38) Inscriptio a librariis commutata cum lib. 4. c. 146. μυρσίνη ἀγρία.

qui tres quantumvis exiguos cytinos voraverint, eos per totum annum ab oculorum inflammatione liberos futuros. Succus elicitur ex iis, sicut ex hypocistide.

Cap. CLIII. [*De Malicorio.*] Et ipsa quoque putamina, sidia nonnullis dicta, astringendi vim habent, ad eadem apta, ad quae et cytini. Radicum autem decoctum latos vermes potum expellit et necat.

Cap. CLIV. [*De Balaustiis.*] Balaustium est sylvestris punicae flos, cuius plures sunt species, scilicet reperitur candidum, rutilum et roseum. Simile est cytino punicae domesticae: succus elicitur hypocistidis modo. Vim habet astringentem, eadem efficientem, quae hypocistis et cytinus.

Cap. CLV. [*De Myrto.*] Myrtus sativa nigra medicinae utilior, quam candida, et in illa maxime montana, etiamsi fructum habeat debiliorem. Vis tum ipsi myrto, tum fructui astringens. Ac fructus quidem seu vi-

δὲ ὁ καρπὸς χλωρός τε καὶ ξηρὸς ἐσθιόμενος αἱμοπτοϊκοῖς καὶ τοῖς δακνομένοις τὴν κύστιν· καὶ ὁ ἐκ τῶν χλωρῶν δὲ μύρτων ἐκθλιβέντων χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, εὐστόμαχος ὢν καὶ οὐρητικός· ἁρμόζων δὲ φαλαγγιοδήκτοις καὶ σκορπιοπλήκτοις σὺν οἴνῳ· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τοῦ καρποῦ βάπτει τρίχας· ἑψηθεὶς δὲ σὺν οἴνῳ καὶ καταπλασθεὶς τὰ ἐν ἀκρωτηρίοις ἕλκη θεραπεύει· μετὰ πάλης δὲ ἀλφίτου καταπλασθεὶς φλεγμονὰς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς παρηγορεῖ καὶ πρὸς αἰγίλωπα δὲ ἐπιπλάττεται· καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς δὲ γινόμενος οἶνος, ἐκθλιβέντος τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ ποσὸν ἀφεψηθέντος, ὀξίζει γὰρ ὁ μὴ οὕτω σκευασθεὶς, ἀκραίπαλός ἐστι προπινόμενος, ποιῶν πρὸς ὅσα καὶ ὁ καρπός· εἰς[39] ἐγκαθίσματά τε μήτρας προπτώσει καὶ δακτυλίου[40] καὶ ῥοϊκαῖς ἁρμόζει· σμήχει δὲ καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας καὶ ἐξανθήματα, τρίχας δὲ ῥεούσας ἐπέχει· μίγνυται δὲ καὶ λιπαραῖς, ὥςπερ καὶ τὸ ἐκ τῶν φύλλων αὐτῆς σκευαζόμενον ἔλαιον· καὶ τὸ τῶν φύλλων δὲ ἀφέψημα εἴς τε τὰ ἐγκαθίσματα ἁρμόζει καὶ πρὸς τὰ χαλαρὰ[41]

39) Sarac. εἰς esse apponendum, quod vulgo deest, recte iudicat.
40) Vulgo δακτυλίῳ.
41) Et hic ἀσυμπώρωτα addunt Ald., Asulan., Corn., Sarac.; C. N. ἀσυμπτώματα. Neutrum aptum.

ridis seu aridus in cibo datur sanguinem exscreantibus vesicaeque erosione laborantibus. Succus e virentibus baccis expressus eosdem effectus exhibet, stomacho utilis est, et urinam ciet. Prodest cum vino a phalangio morsis et a scorpione ictis. Fructus quoque decoctum capillum tingit. Cum vino coctus et impositus ulcera in extremitatibus corporis sanat. Cum tenuissimo vero polentae polline impositus oculorum inflammationes mitigat, quin et ad aegilopas illinitur. Vinum deinde fit, expresso et aliquantum bullire iusso fructu (aliter enim paratum acescit), praesumtum crapulam arcet et ad eadem, ad quae fructus ipse, valet. Insessibus quoque idoneum est in matricis prolapsu et ani, et in fluxibus. Detergit etiam furfures et achores et exanthemata, fluentes insuper capillos continet. Adiicitur et pinguibus (emplastris), sicut et oleum e foliis confectum. Quin et foliorum decoctum ad insessus convenit, eoque laxati articuli et fracta, quae

ἄρθρα καὶ πρὸς ἀσυμπώρωτα κατεαγότα ὠφελίμως καταντλεῖται· σμήχει δὲ καὶ ἀλφοὺς καὶ πρὸς ὦτα πυῤῥοοῦντα ἐγχυματίζεται καὶ μελασμοὺς τριχῶν, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν δὲ χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ· αὐτὰ δὲ τὰ φύλλα λεῖα καταπλασσόμενα ἐν ὕδατι ἁρμόζει τοῖς καθύγροις τῶν ἑλκῶν καὶ ῥευματιζομένοις τόποις πᾶσι καὶ κοιλιακοῖς· ἐλαίου ὀμφακίνου γὰρ ἢ ῥοδίνου ὀλίγου καὶ οἴνου μεμιγμένου καὶ ἕρπησι καὶ ἐρυσιπέλασι, [διδύμων τε φλεγμοναῖς καὶ ἐπινυκτίσι καὶ κονδυλώμασι· ξηρὰ δὲ λεῖα παρωνυχίαις καὶ πτερυγίοις χρησίμως καταπάσσεται[42] καὶ καθύγραις μασχάλαις καὶ μηροῖς, καὶ ἐπὶ καρδιακῶν στέλλει τοὺς ἱδρῶτας· κεκαυμένα δὲ καὶ ὠμὰ μετὰ κηρωτῆς πυρίκαυστα καὶ πτερύγια καὶ παρωνυχίας ἰᾶται· χυλίζεται δὲ τὰ φύλλα παραχεομένου οἴνου παλαιοῦ ἢ ὕδατος ὀμβρίου, καὶ ἐκθλίβεται· ἡ δὲ χρῆσις αὐτοῦ προσφάτου ὄντος· ξηρανθεὶς γὰρ εὐρωτιᾷ καὶ ἀδυνατεῖ.

Κεφ. ρνϛ΄. [Περὶ Μυρτιδάνου.] Τὸ δὲ μυρτίδανον λεγόμενον ἐπίφυσίς ἐστιν ἀνώμαλος καὶ ὀχθώδης καὶ ὁμόχρους· οἱονεὶ χεῖρες περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον· στύφει δὲ μᾶλ-

42) Sarac. sic emendat; vulgo καταπλάττεται.

aegre conferbuerint, utiliter foventur. Abstergit quoque vitiligines, et infunditur ad colluviem aurium purulentam: adhibetur etiam ad capillorum denigrationem. Sed et eorum succus eadem efficit. Ipsa vero folia trita et ex aqua illita humidis ulceribus et partibus omnibus fluxione laborantibus coeliacisque prosunt. Siquidem admisto oleo omphacino aut exiguo rosaceo cum vino valent ad herpetes, erysipelata, testium inflammationes, epinyctidas et condylomata. Arentia vero folia trita paronychiis et pterygiis, itemque alis feminibusque madentibus utiliter insperguntur et cardiacorum sudores cohibent. Ceterum cremata aut etiam cruda cum cerato ambustis, pterygiis et paronychiis medentur. Exprimitur et foliis succus affuso vino vetere aut pluvia aqua. Eius autem recentis usus est. Nam exsiccatus situm contrahit viresque amittit.

Cap. CLVI. [*De Myrtidano.*] Quod myrtidanum dicitur est accretum aliquid inaequabile, verrucosum et concolor, quod manuum specie truncum myrti amplecti-

λον τῆς μυρσίνης· ἀποτίθεται δὲ κοπὲν καὶ μιγὲν οἴνῳ αὐστηρῷ ἀναπλασθέν τε εἰς τροχίσκους ἐν σκιᾷ ξηραίνεται· δραστικώτερον δέ ἐστι τοῦ καρποῦ καὶ τοῦ φύλλου, μιγνύμενον κηρωτῇ καὶ πεσσοῖς, ἐγκαθίσμασί τε καὶ καταπλάσμασι τοῖς στύψεως δεομένοις.

Κεφ. ρνζ'. [Περὶ Κερασίων.] Κεράσια καὶ[43] αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα εὐκοίλια τυγχάνει[44]· ξηρὰ δὲ ἵστησι κοιλίαν[45]. Τὸ δὲ κόμμι τῶν κεράσων[46] βῆχα χρονίαν ἰᾶται λαμβανόμενον μετὰ κράματος, εὔχροιάν τε καὶ ὀξυδορκίαν καὶ ὄρεξιν ποιεῖ· ὠφελεῖ δὲ καὶ λιθιῶντας μετ' οἴνου πινόμενον.

Κεφ. ρνη'. [Περὶ Κερατίων.] Κεράτια χλωρὰ μὲν λαμβανόμενα κακοστόμαχα τυγχάνει καὶ κοιλίας λυτικά· ξηρανθέντα δὲ ἵστησι κοιλίαν, εὐστομαχώτερα ὄντα καὶ διουρητικὰ, μάλιστα δὲ τὰ ἐκτὸς τῶν στεμφύλων ἐσθιόμενα[47].

Κεφ. ρνθ'. [Περὶ Μηλέας.] Μηλέας πάσης τὰ φύλλα

43) C. addit καὶ μάλιστα τὰ χαμαικεράσια.

44) C. κοιλίαν ἄγει.

45) C. καὶ στύφει.

46) Vulgo κερασίων.

47) Coniecturam Lacunae aptissimam in textum recipere audeo. Vulgo ἐκ τῶν στεμφύλων συντιθέμενα. C. συνεσθιόμενα.

tur. Astringit autem fortius myrto. Concisum et vino austero mixtum, in pastillos coactum et in umbra siccatum reponitur. Efficacius est cum fructu tum folio, si cerato et pessis additur, ad insessus et cataplasmata astrictionem exigentia.

Cap. CLVII. [*De Cerasis.*] Cerasa et ipsa recentia sumta alvum bonam faciunt, siccata vero eamdem sistunt. Gummi cerasorum medetur tussi diuturnae, si cum vino diluto sumitur, colorem cutis commendat, visus aciem et appetentiam ciborum auget.

Cap. CLVIII. [*De siliquis*] (*Ceratoniae*). Siliquae recentes quidem sumtae stomachum offendunt alvo soluta. Hanc vero siccatae cohibent, stomacho utiliores, ac urinam cient, praecipue tamen, quae sine recrementis et acinis eduntur.

Cap. CLIX. [*De Malo.*] Tum omnis mali, tum

καὶ τὰ ἄνθη καὶ οἱ βλαστοὶ στύφουσι, μάλιστα δὲ τῆς κυδωνίας· καὶ ὁ καρπὸς ἔνωμος μὲν στυπτικὸς καθέστηκε. πεπανθεὶς δὲ οὐχ ὁμοίως· τὰ δὲ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα χολοποιά, ἄθετα τῷ νευρώδει παντὶ, ἐμπνευματοῦντα.

Κεφ. ρξ'. [Περὶ Κυδωνίων μήλων.] Τὰ δὲ κυδώνια εὐστόμαχα, οὐρητικὰ, ὀπτηθέντα δὲ προσηνέστερα γίνεται, χρήσιμα κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς καὶ αἱμοπτοϊκοῖς[48] καὶ χολεριῶσι, μάλιστα ὠμά· καὶ τὸ ἀπόβρεγμα δὲ αὐτῶν ἁρμόζει τοῖς στόμαχον ἢ κοιλίαν ῥευματιζομένοις ἐν ποτῷ· ὁ δὲ χυλὸς ὠμῶν[49] αὐτῶν λαμβανόμενος ὀρθοπνοϊκοὺς ὠφελεῖ· τὸ δὲ ἀφέψημα πρόσκλυσμα δακτυλίου καὶ ὑστέρας προπτώσει· τὰ δὲ ἐκ τοῦ μέλιτος καὶ αὐτὰ μὲν οὐρητικά· τὸ δὲ μέλι τὴν αὐτὴν ἀναλαμβάνεται δύναμιν· στεγνωτικὸν γὰρ καὶ στυπτικὸν γίνεται· τὰ δὲ σὺν τῷ μέλιτι ἑψόμενα εὐστόμαχα μὲν καὶ εὔστομα, ἧττον δὲ στεγνωτικά· τὰ δὲ ὠμὰ καταπλάσμασι μίγνυται πρὸς στέγνωσιν κοιλίας, στομάχου ἀνατροπὴν καὶ πύρωσιν, μαστοὺς φλεγμαίνοντας, σπλῆνας ἐσκιῤ-

48) Sic Plin., Serap., Marcell.; vulgo ἐμπυϊκοῖς.
49) C. ὠμός.

maxime cydoniae et folia et flores et surculi astringunt. Fructui immaturo vis eadem inest, maturo vero haud item. Quae vero mala verno tempore maturescunt, toti nervoso generi infesta sunt flatusque pariunt.

Cap. CLX. [*De Cydoniis malis.*] Cydonia mala stomacho conducunt et urinas pellunt: sed tosta mitiora evadunt, profutura coeliacis, dysentericis, sanguinem reiicientibus et cholera laborantibus, praesertim vero cruda. Quin et aqua, in qua macerata fuerint, potui data iuvat eos, quos stomachi alvique fluxiones male habent. Crudorum succus sumtus orthopnoïcis opitulatur: decocto sedes et matrix provolutae foventur. Melle condita et ipsa lotium movent: mel etiam ipsum vim sibi constipantem et astringentem asciscit. Quae cum melle decoquuntur, stomacho quidem utilia pariter sunt ac ori grata, sed minus constringunt. Cruda eadem cataplasmatis adiiciuntur ad cohibendam alvum, itemque contra stomachi eversionem et aestum, mammarum inflammationes ac lienum in

ῥωμένους, κονδυλώματα. Γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτῶν κοπτομένων καὶ ἐκθλιβομένων, πρὸς διαμονὴν μιγνυμένου τοῖς ις′ ξέσταις τοῦ χυλοῦ μέλιτος ξέστου ἑνὸς, ἐπεὶ ὀξίζει· ἁρμόζει δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα πάντα· καὶ χρίσμα δὲ ἐξ αὐτῶν σκευάζεται τὸ καλούμενον μήλινον, ᾧ χρώμεθα, ὁπόταν στυπτικοῦ ἐλαίου δεηθῶμεν· ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὰ ἀληθινὰ[50]· μικρὰ δέ ἐστι καὶ περιφερῆ καὶ εὐώδη ταῦτα· τὰ δὲ λεγόμενα στρουθία καὶ μεγάλα ἧττόν ἐστιν εὔχρηστα· τὰ δὲ ἄνθη αὐτῶν ξηρά τε καὶ χλωρὰ καταπλάσμασιν εὔθετα, πρὸς τὰ στύψεως χρείαν ἔχοντα καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονάς· πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς, κοιλίας τε ῥύσιν[51] καὶ ἐμμήνων φορὰν ἁρμόζει μετ᾽ οἴνου πινόμενα.

Κεφ. ρξα′. [Περὶ Μελιμήλων.] Τὰ δὲ μελίμηλα κοιλίαν μαλάσσει καὶ θηρία ἐκτινάσσει· κακοστόμαχα δὲ καὶ καύσου ποιητικὰ[52]· καλεῖται δὲ ὑπό τινων γλυκύμηλα.

Κεφ. ρξβ. [Περὶ Ἠπειρωτικῶν μήλων.] Τὰ δὲ ἠπει-

50) Sambuc. coniicit ἀῤῥενικά.

51) Codicum et priorum editionum consensui adversatur Sarac. ῥεῦσιν scribens.

52) C. ὄντα.

scirrhos indurationes et condylomata. Ex iis concisis expressisque fit etiam vinum, addito, quo diutius perennet, ad succi sextarios sedecim mellis sextario uno, alioquin acorem contraheret. Prodest autem ad eadem omnia, quae memorata sunt. Fit et unguentum ex his, quod melinum vocatur, quo quidem utimur, quoties oleo astringente opus habemus. Ceterum cydonia vera oportet germanaque eligi, qualia parva, rotunda sunt et odorata. Quae vero struthia dicuntur, grandia ea, minus utilia censentur. Eorum flores sicci aeque ac virides cataplasmatis accommodantur, quae astrictionem desiderant, praesertim ad oculorum inflammationes. Contra sanguinis reiectiones, alvi profluvium mensiumque impetus utiliter in vino bibuntur.

Cap. CLXI. [*De Melimelis.*] Melimela ventrem molliunt et ab eo animalia expellunt, stomacho negotium facessunt aestumque gignunt. A nonnullis dulcia mala nuncupantur.

Cap. CLXII. [*De epiroticis malis.*] Epirotica mala,

ρωτικὰ λεγόμενα, ῥωμαϊστὶ δὲ ὀρβικουλάτα, εὐστόμαχα, κοιλίας σταλτικά, οὔρων προκλητικὰ, ἀτονώτερα μέντοι τῶν κυδωνίων ἐστίν.

Κεφ. ρξγ΄. [Περὶ Ἀγριομήλων.] Τὰ δὲ ἄγρια ἔοικε τοῖς ἐαρινοῖς, στύφοντα· δεῖ δὲ πρὸς τὰ στύψεως χρήζοντα ἀωροτέροις ἅπασι χρῆσθαι.

Κεφ. ρξδ΄. [Περὶ Περσικῶν μήλων.] Τὰ δὲ περσικὰ μῆλα εὐστόμαχα, εὐκοίλια τὰ πέπειρα· τὰ δὲ ἔνωμα στεγνωτικὰ κοιλίας, ξηρανθέντα δὲ καὶ στεγνωτικώτερα γίνονται· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν ξηρῶν λαμβανόμενον στόμαχον καὶ κοιλίαν ῥευματιζομένην ἵστησιν.

Κεφ. ρξε΄. [Περὶ Ἀρμενιακῶν.] Τὰ δὲ μικρότερα, καλούμενα δὲ ἀρμενιακά, ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια[53], εὐστομαχώτερα τῶν προειρημένων εἰσίν.

Κεφ. ρξς΄. [Περὶ Μηδικῶν.] Τὰ δὲ μηδικὰ λεγόμενα ἢ περσικά, ἢ κεδρόμηλα, ῥωμαϊστὶ δὲ κίτρια, πᾶσι γνώριμα· φυτὸν γάρ ἐστι καρποφοροῦν δι᾽ ὅλου τοῦ ἔτους ἐπαλλήλως· αὐτὸ δὲ τὸ μῆλον ἐπίμηκες, ἐῤῥυτιδωμένον, χρυσίζον τῇ χρόᾳ,

53) Galen. fac. alim. 2, 20. πρεκόκκια.

quae latine orbiculata vocantur, stomacho utilia sunt, sed alvum sistunt urinasque evocant, sed debiliora cydoniis sunt.

Cap. CLXIII. [*De sylvestribus malis.*] Sylvestria mala, vernis similia, astringunt. Ad ea, quae astrictione egent, iis omnibus utendum, quae minus matura fuerint.

Cap. CLXIV. [*De persicis malis.*] Persica mala stomacho utilia sunt et alvum quoque bonam praestant, si matura fuerint. Immatura vero eamdem cohibent, sed siccata vehementius. Sumtum eorumdem siccorum decoctum fluxiones sistit in stomachum ventremque decumbentes.

Cap. CLXV. [*De Armeniacis.*] Minora, quae armeniaca, latine praecoqua dicuntur, stomacho, quam ante dicta, sunt utiliora.

Cap. CLXVI. [*De Medicis.*] Medica seu persica aut cedromela, quae latine citria vocantur, etiam vulgo cognita sunt. Est enim arbor omnibus anni temporibus fructuum crebro subnascentium ferax. Malum vero ipsum

εὐῶδες μετὰ βάρους, σπέρμα ἔχον ἀπίῳ ἐοικός. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ, ἀντενεργεῖν θανασίμοις, κοιλίαν τε ὑπάγειν· διάκλυσμά τέ ἐστι πρὸς εὐωδίαν στόματος τὸ ἀφέψημα· καὶ ὁ χυλὸς αὐτῶν βιβρώσκεται δὲ μάλιστα ὑπὸ γυναικῶν πρὸς τὴν κίσσαν· φυλάττειν δὲ καὶ ἱμάτια δοκεῖ ἄβρωτα ἐπιτιθέμενον κιβωτίοις.

Κεφ. ρξζ'. [Περὶ Ἀπίου.] Ἀπίου δὲ πολλὰ εἴδη· πᾶσαι δὲ στύφουσιν· ὅθεν εἰς τὰ ἀποκρουστικὰ καταπλάσματα ἁρμόζουσιν[54]· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν ξηρανθεισῶν καὶ αὐταὶ λαμβανόμεναι ὠμαὶ κοιλίαν ἱστᾶσι· βλάπτουσι δὲ ἐσθιόμεναι τοὺς νήστεις.

Κεφ. ρξη'. [Περὶ Ἀχράδος.] Ἡ δὲ ἀχρὰς εἶδός ἐστιν ἀγρίας[55] ἀπίου, βραδέως πεπαινομένη. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικωτέραν ἀπίου, ὅθεν πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει· στύφει δὲ καὶ τὰ φύλλα αὐτῆς· ἡ δὲ ἐκ τοῦ ξύλου αὐτῶν τέφρα βοηθεῖ ἐναργῶς τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις. Φασὶ δέ τινες, ὅτι κἂν συνεψήσῃ τις ἀχράδας μύκησιν, ἀβλαβεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι[56].

54) C. μάλιστα αἱ Θηβαϊκαί. 55) Sic C.; vulgo ἀγρίου.
56) Veritus est Saracenus, ne grammatica detrimenti aliquid expe-

oblongum est, rugosum, aureo colore, cum gravitate odoratum: semina pyri nucleis similia. Vim habet in vino bibitum venenis resistendi, alvum subducendi. Decocto os colluitur ad gratum halitum. Succus eorum sumitur praecipue a mulieribus contra malaciam. Arcis quoque vestiariis impositum, vestes ab erosione vindicare creditur.

Cap. CLXVII. [*De Pyro.*] Pyrorum multa sunt genera, quae quidem omnia astringunt, proindeque convenienter adduntur ad repellentia cataplasmata. Siccatorum decoctum, et ipsa quoque cruda si sumantur, alvum sistunt. Ceterum ieiunos comesta laedunt.

Cap. CLXVIII. [*De Pyro sylvestri.*] Achras dicitur pyri sylvestris genus, tarde maturescens. Vim habet magis, quam pyrum, astringentem, quo fit, ut ad eadem conveniat: astringunt et ipsius folia. Lignorum autem cinis manifestum adminiculum iis praebet, qui fungis strangulantur. Sunt et qui dicant, innoxios reddi fungos, si cum iis sylvestria pyra coquantur.

Κεφ. ρξθ'. [*Περὶ Μεσπίλων.*] Μέσπιλον τὸ δένδρον, ὃ παρ' ἐνίοις ἀρωνία καλεῖται, ἀκανθῶδές ἐστιν, ὅμοιον τοῖς φύλλοις ὀξυακάνθῃ[57]· καρπὸν φέρον μικρῷ μήλῳ ὅμοιον, ἡδὺν, ἔχοντα τρία ὀστάρια ἔνδοθεν, ἀφ' ὧν καὶ τρίκοκκόν τινες αὐτὸν ὀνομάζουσι, βραδέως πεπαινόμενον· στύφει δὲ βιβρωσκόμενον, εὐστόμαχόν τέ ἐστι καὶ κοιλίας στεγνωτικόν.

Κεφ. ρο'. [*Περὶ ἑτέρου Μεσπίλου.*] Μεσπίλου δὲ καὶ ἕτερόν ἐστιν εἶδος ἐν Ἰταλίᾳ γεννώμενον, ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν, οἱ δὲ σητάνιον ὀνομάζουσιν· δένδρον ἐστὶ μήλῳ ἐμφερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, ὅτι μὴ μικρότερον· ἔχει δὲ καρπὸν καὶ τοῦτο στρογγύλον, βρώσιμον, πλατὺν ἔχοντα τὸν πυθμένα, ὑποστύφοντα, πεπαινόμενον βραδέως.

Κεφ. ροα'. [*Περὶ Λωτοῦ.*] Λωτὸς τὸ δένδρον φυτόν ἐστιν εὐμέγεθες· καρπὸν δὲ φέρει μείζονα πεπέρεως, γλυκὺν, βρώσιμον[58], εὐστόμαχον, κοιλίας στεγνωτικόν· τῶν δὲ πρισμάτων τοῦ ξύλου τὸ ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμε-

riatur in hac lectione, quod ὅτι praecedat accusativum cum infin. Sed salva et integra est dictio. Cf. Matthiae ausführl. griechische Grammat. p. 774.

57) Sic Lacun. e codice. Ald. et C. πυρακάνθῃ. Cornar. et Sarac. πυξακάνθῃ. Cf. cap. 122.

58) Marcell. et Sambuc. βαρύοσμον.

Cap. CLXIX. [*De Mespilis.*] Mespilus arbor, quae a nonnullis aronia vocatur, spinosa est, foliis oxyacanthae: fructum fert pomo exiguo similem, suavem, qui tria intus habet ossicula, unde et tricoccum nonnulli vocarunt, tarde autem maturescit. Comestus astringit, stomacho gratus est, alvumque cohibet.

Cap. CLXX. [*De altera Mespilo.*] Mespili genus alterum in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli, alii setanion appellant. Arbor est malo similis, etiam foliis, nisi quod minor. Habet et hoc fructum rotundum, edulem, umbilico lato, subastringentem, tarde maturescentem.

Cap. CLXXI. [*De Loto.*] Lotus arbor stirps est satis grandis, quae fructum fert pipere maiorem, dulcem, edulem, stomacho gratum, quique alvum coarctat. Ligni scobis decocta ac vel pota vel infusa et intestinorum dif-

νον βοηθεῖ δυςεντερικοῖς καὶ γυναιξὶ ῥοϊκαῖς· ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας, καὶ ἐπέχει ῥεούσας[59].

Κεφ. ροβ΄. [Περὶ Κρανίας.] Κρανία δένδρον ἐστὶν ἁδρὸν, καρπὸν φέρον ὡς ἐλαίας, ἐπιμήκη, χλωρὸν τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ κηροειδῆ, καὶ τελευταίως πεπαινόμενον ἐρυθρὸν[60], ἐδώδιμον, στύφοντα, ἁρμόζοντα πρὸς κοιλίας ῥύσιν καὶ δυςεντερίαν. συντιθέμενον καὶ εἰς ἕψημα καὶ εἰς βρῶσιν· καὶ ἁλμεύεται ὡς ἐλαία. Ὁ δὲ τῶν χλωρῶν ξύλων[61] ἴχωρ καιομένων ἁρμόζει πρὸς λειχῆνας καταχριόμενος.

Κεφ. ρογ΄. [Περὶ Οὔων.] Οὔα τὰ μηλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ σταλτικὰ γίνεται κοιλίας ἐσθιόμενα· καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ ἄλευρον ἀλεσθέντων ἀντὶ ἀλφίτων λαμβανόμενον καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν πινόμενον τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

Κεφ. ροδ΄. [Περὶ Κοκκυμηλέας.] Κοκκυμηλέα δένδρον ἐστὶ γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, κοιλίας

59) E Galeno, Paullo Aeginet. et Serapione Cornarus sic emendavit vulgarem lectionem: ἐπέχει γαστέρα ῥεοῦσαν.

60) Lacun. sic ex optimo codice; vulgo: πεπαινόμενον δὲ ξανθὸν ἢ κηροειδῆ.

61) Sic Cornar. loco vulg. φύλλων.

ficultati auxiliatur et fluxui muliebri. Flavos reddit capillos, fluxosque continet.

Cap. CLXXII. [*De Corno.*] Cornus est arbor firma, fructum ferens olivae modo oblongum, primo quidem viridem, dein cereum, postremo, ut maturescit, rubrum, esculentum, astringentem, qui in profluvio alvi et intestinorum difficultate salubris est. Exhibetur vel in specie defruti, vel per se ad cibum. In muria etiam, ut oliva, servatur. Sanies vero, quam ligna recentia, dum uruntur, exsudant, lichenibus convenienter illinitur.

Cap. CLXXIII. [*De Sorbis.*] Sorba malorum aemula si nondum matura dissecta soleque siccata fuerint, alvum sistendi vim in cibo sumta acquirunt. Ex iisdem molitis farina polentae loco sumta ac ipsorum etiam decoctum potum idem praestant.

Cap. CLXXIV. [*De Pruno.*] Prunus est nota arbor, cuius fructus esculentus est, sed stomachum offendit

μαλακτικός. Τῶν δὲ συριακῶν καὶ μάλιστα τῶν ἐν Δαμασκῷ γεννωμένων ὁ καρπὸς ξηρανθεὶς, εὐστόμαχος καὶ κοιλίας σταλτικός. Τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων ἐν οἴνῳ σκευαζόμενον καὶ ἀναγαργαριζόμενον, κιονίδα καὶ οὖλα καὶ παρίσθμια ῥευματιζόμενα στέλλει. Τὰ αὐτὰ δὲ παρέχει καὶ ὁ τῶν ἀγριοκοκκυμήλων καρπὸς πέπειρος ξηρανθείς· ἑψηθεὶς γὰρ μετὰ ἑψήματος εὐστομαχώτερος καὶ σταλτικώτερος κοιλίας γίνεται. Τὸ δὲ κόμμι τῆς κοκκυμηλέας ἐστὶ κολλητικὸν, λίθων θρυπτικὸν πινόμενον σὺν οἴνῳ· σὺν ὄξει δὲ ἐπιχριόμενον λειχῆνας τοὺς ἐπὶ παιδίων θεραπεύει.

Κεφ. ροε'. [Περὶ Κομάρου.] Κόμαρος δένδρον ἐστὶ παρόμοιον κυδωνίᾳ, λεπτόφυλλον[62], καρπὸν ἔχον ὡς κοκκομήλου μέγεθος, ἀπύρηνον, μιμαίκυλα καλούμενον, πεπανθέντα δὲ ὑπόκιῤῥον ἢ ἐρυθρὸν, ἐσθιόμενον ἀχυρώδη, κακοστόμαχον δὲ καὶ κεφαλαλγῆ.

Κεφ. ρος'. [Περὶ Ἀμυγδαλῆς.] Ἀμυγδαλέας πικρᾶς ἡ

62) Matthiol. (in editt. posterioribus) se legisse in Oribas. λεπτόφλοιος testatur, quod Sarac. ad fructum trahit. Nos in Oribasio nostro λεπτόφυλλον. Nec alia coniectura λειόφυλλον etc. valet. Equidem intelligo, πλὴν λεπτοφυλλότερον.

alvumque solvit. At syriacarum, earum maxime, quae Damasci nascuntur, fructus siccatus stomacho utilis est alvumque astringit. Decoctum foliorum ex vino paratum uvulam, gingivas tonsillasque fluxione laborantes, ore colluto, reprimit. Praestat idem sylvestrium prunorum fructus post maturitatem siccatus. Cum defruto vero decoctus stomacho utilior et ad cohibendam alvum aptior evadit. Ceterum gummi prunorum glutinandi vim habet, et in vino potum calculos comminuit. Ex aceto vero illitum lichenas infantium sanat.

Cap. CLXXV. [*De Arbuto.*] Arbutus est arbor cydoniae malo similis, praeter folia angustiora, fructum fert prunorum ad instar, nuclei expertem, mimaecyli nomine, qui, ubi maturuit, subfulvum aut rubicundum adipiscitur colorem. In esu acerosus est, stomacho adversatur, et capitis dolores gignit.

Cap. CLXXVI. [*De Amygdalo.*] Amygdali amarae

ῥίζα ἀφεψηθεῖσα λεία ἐφήλεις τὰς ἐν προσώπῳ ἀποκαθαίρει· καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀμύγδαλα καταπλασθέντα τὰ αὐτὰ ποιεῖ· προστιθέμενα δὲ ἄγει καταμήνια καὶ κεφαλαλγίαις βοηθεῖ καταπλασθέντα μετώπῳ ἢ κροτάφοις μετ' ὄξους ἢ ῥοδίνου, καὶ πρὸς ἐπινυκτίδας σὺν οἴνῳ· πρὸς δὲ σηπεδόνας καὶ ἕρπητας καὶ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι. Ἐσθιόμενα δέ ἐστιν ἀνώδυνα, κοιλίας μαλακτικὰ, ὑπνωτικὰ, οὐρητικὰ, καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν μετὰ ἀμύλου[63] λαμβανόμενα· πρὸς δὲ νεφριτικοὺς καὶ περιπνευμονικοὺς σὺν ὕδατι πινόμενα ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ· δυσουριῶσι δὲ καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ, καὶ ἡπατικοῖς καὶ βηξὶ καὶ κώλου ἐμπνευματώσεσι[64], σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι ἐκλειχόμενα καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος. Ἔστι δὲ ἀμέθυσα προλαμβανόμενα[65] ὅσον ε′ ἢ ζ′. Κτείνει δὲ καὶ ἀλώπεκας, βρωθέντα σύν τινι. Τὸ δὲ κόμμι αὐτῆς στύφει καὶ θερμαίνει καὶ βοηθεῖ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενον· σὺν ὄξει δὲ ἐπιχριόμενον λειχῆνας ἐπιπολαίους

63) Goupyl. e Plin. et Serap. addit καὶ ἡδυόσμου. Cod. Michaelis Cantacuzeni apud Saracen. habebat λευκοτάτου.
64) Ald. ἐμπνευματώδεσι.
65) Ald. προςλαμβανόμενα.

radix si trita decoquatur, maculas in facie a solis ardore contractas tollit. Ipsa quoque amygdala illita eadem praestant: apposita menses cient; capitis doloribus auxiliantur, fronti temporibusve inducta cum aceto et rosaceo. Valent et ad epinyctidas ex vino, itemque ad putrescentia ulcera, ad herpetas canumque morsus, cum melle. Porro comesta dolores adimunt, alvum molliunt, somnum conciliant, urinamque cient. Prosunt etiamnum ad sanguinis reiectionem, si cum amylo sumantur. Ex renibus vero et pulmonum inflammatione laborantibus conferunt cum aqua pota aut in eclegmate cum resina terebinthina. Urinae difficultate affectis calculosisque in passo opitulantur: itemque eclegmate cum melle et lacte hepaticis, tussi et coli inflationibus, nucis avellanae magnitudine. Quinae senaeve si praesumantur, ebrietatem arcent. Enecant et vulpes cum quadam esca voratae. At gummi ipsius arboris astringit, calefacit, et contra sanguinis reiectionem potum auxilio est; cum aceto vero illitum impetigines in

αἴρει· ἰᾶται καὶ βῆχα χρονίαν μετ' ἀκράτου[66] ποθέν· λιθιῶντας δὲ ὠφελεῖ σὺν γλυκεῖ πινόμενον. Ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ ἐδώδιμος ἀμυγδαλὴ καταπολὺ ἥσσων ἐστὶν ὡς πρὸς ἐνεργείαν τῆς πικρᾶς· καὶ αὐτὴ δὲ λεπτυντικὴ, οὐρητική· βρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρὰ στομάχου πλάδον ἀποκαθίστησι.

Κεφ. ροζ΄. [Περὶ Πιστακίων.] Πιστάκια τὰ μὴν γεννώμενα ἐν Συρίᾳ, ὅμοια στροβίλοις, εὐστόμαχα· ἐσθιόμενα δὲ καὶ πινόμενα ἐν οἴνῳ λεῖα ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ.

Κεφ. ροη΄. [Περὶ Καρύων βασιλικῶν.] Κάρυα βασιλικὰ, ἅ ἔνιοι περσικὰ καλοῦσιν, ἐσθιόμενα δύςπεπτα, κακοστόμαχα, χολοποιὰ, κεφαλαλγῆ, βήσσουσιν ἐναντία· χρήσιμα δὲ βιβρωσκόμενα πρὸς ἐμέτους νήστει, καὶ θανασίμων φαρμάκων ἐστὶν ἀντιφάρμακα, προβρωθέντα καὶ ἐπιβρωθέντα σὺν ἰσχάσι καὶ πηγάνῳ· πλείονα δὲ βρωθέντα πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει· ἐπιπλάσσεται δὲ καὶ μαστοῖς φλεγμαίνουσι καὶ ἀποστήμασι καὶ στρέμμασι σὺν ὀλίγῳ μέλιτι καὶ πηγάνῳ·

66) Sic C. N. X.; *μετὰ κράματος* Ald., Asul., Sarac.

summa cute tollit. Tussi diuturnae cum mero potum medetur: calculosis vero cum passo bibitum prodest. Ceterum dulcis et cibo idonea amygdala, quantum ad efficaciam spectat, multo quam amara est inferior: attamen et ipsa extenuandi urinasque ciendi vi pollet. Amygdalae vero, quae virides cum putamine deglutiuntur, humida stomachi vitia emendant.

Cap. CLXXVII. [*De Pistaciis.*] Pistacia, quae certe quidem in Syria gignuntur, nucibus pineis similia, stomacho amica sunt. Sive edantur, sive trita ex vino bibantur, contra serpentium morsus expediunt.

Cap. CLXXVIII. [*De Nucibus Iuglandis.*] Nuces regiae, quas persicas nonnulli appellant, in cibo sumtae concoctu sunt difficiles, stomacho nocent, bilem gignunt, capitis dolorem inferunt, tussientibus inprimis inimicae. Utiles vero in cibo ieiunis ad vomitiones concitandas. Venenis quoque resistunt, cum ficubus et ruta praesumtae. Largius vero esitatae vermes latos expellunt. Imponuntur et mammarum inflammationibus, abscessibus contor-

μετὰ δὲ κρομμύου καὶ ἁλὸς καὶ μέλιτος πρὸς κυνόδηκτα καὶ ἀνθρωπόδηκτα ποιεῖ· πυρωθέντα δὲ σὺν τῷ κελύφει καὶ ἐπιτεθέντα τῷ ὀμφαλῷ, στρόφους παύει· τὸ δὲ λέπυρον καὲν καὶ τριφθὲν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, παιδίοις ἐπιχρισθὲν, καλλίτριχόν ἐστι καὶ ἀλωπεκίας δασύνει· καὶ ἔμμηνα ἵστησι τὸ ἐντὸς αὐτοῦ καὲν λεῖον καὶ σὺν οἴνῳ προςτιθέμενον· τῶν δὲ παλαιῶν καρύων τὰ ἐντὸς γαγγραίνας καὶ ἄνθρακας καὶ αἰγίλωπας καὶ ἀλωπεκίας μασσηθέντα καὶ ἀντὶ καταπλασμάτων ἐπιτεθέντα ἰᾶται συντόμως[67]. Γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῶν κοπτομένων καὶ ἐκθλιβομένων. Τὰ δὲ χλωρὰ ἧττον κακοστόμαχα, γλυκύτερα ὄντα· διὸ καὶ τοῖς σκορόδοις μίγνυται πρὸς τὸ τὴν δριμύτητα περιαιρεῖν· αἴρει δὲ καὶ πελιώματα καταπλασθέντα.

Κεφ. ροθ΄. [Περὶ Καρύων ποντικῶν.] Τὰ δὲ ποντικὰ, ἃ ἔνιοι λεπτοκάρυα καλοῦσιν, ἔστι κακοστόμαχα· καὶ αὐτὰ δὲ λεῖα σὺν μελικράτῳ πινόμενα βῆχα παλαιὰν ἰᾶται· φρυκτὰ δὲ ἐσθιόμενα σὺν πεπέρει ὀλίγῳ, κατάῤῥουν πεπαί-

67) *συντόμως* deest in cod. C. N.

sionibusque cum mellis exiguo et ruta. Cum cepa autem et melle contra canis hominisque morsus prosunt. Eaedem cum calyce perustae et umbilico admotae tormina sedant. Putamen vero combustum et tritum in vino et oleo, puerorum capite peruncto, capillos decorat calvitiemque iterum hirsutam reddit. At qui intra ipsum est nucleus ustus, tritus et cum vino appositus menstruum fluxum sistit. Veterum nucum autem nuclei manducati et cataplasmatum ad instar impositi gangraenis, carbunculis, aegilopibus et calvitiei expeditum praebent adminiculum. Fit et oleum ex iisdem concisis et expressis. Recentes, utpote dulciores, minus stomacho adversantur, quapropter et aliis miscentur ad acrimoniam ipsorum eximendam. Cataplasmatum vice impositae lividas partes emendant.

Cap. CLXXIX. [*De Nucibus avellanis.*] Nuces vero ponticae, quas nonnulli nuces tenues appellant, stomacho infestae sunt: ipsae tamen tritae et in aqua mulsa potae veteri tussi medentur. Tosta vero si cum piperis exiguo comeduntur, catarrhum ad coctionem perducunt.

νει· ὅλα δὲ καέντα λεῖα μετ' ἀξιουγγίου ἢ στέατος ἀρκτείου ἀλωπεκίας ἐπιχρισθέντα δασύνει· φασὶ δ' ἔνιοι, ὅτι μετὰ ἐλαίου τὰ κελύφη κεκαυμένα καὶ λειοτριβηθέντα γλαυκοφθάλμων παιδίων μελαίνει τὰς κόρας, ἐπιβρεχομένου τοῦ βρέγματος.

Κεφ. ρπ'. [Περὶ Μορέας.] Μορέα ἢ συκαμινέα δένδρον ἐστὶ γνώριμον, ἧς ὁ καρπὸς λυτικὸς κοιλίας, εὔφθαρτος, κακοστόμαχος· καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ δὲ χυλὸς τὰ αὐτὰ δρᾷ· ἑψηθεὶς δὲ ἐν χαλκώματι ἢ ἡλιασθεὶς, στυπτικώτερος γίνεται· μιγέντος δὲ αὐτοῦ ὀλίγου μέλιτος ποιεῖ πρὸς ῥεύματα καὶ νομὰς καὶ παρίσθμια φλεγμαίνοντα· ἐπιτείνεται δε καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ, παραμιγείσης στυπτηρίας σχιστῆς, καὶ κηκίδος, καὶ σμύρνης, καὶ κρόκου, ἔτι δὲ καὶ μυρίκης καρποῦ, καὶ ἴριδος καὶ λιβανωτοῦ. Τὰ δὲ ἄωρα μόρα ξηρὰ κοπέντα, ἀντὶ ῥοὸς τοῖς ὄψοις μίγνυται καὶ κοιλιακοὺς ὀνίνησιν. Ὁ δὲ τῆς ῥίζης φλοιὸς συνεψηθεὶς ὕδατι καὶ ποθεὶς κοιλίαν λύει καὶ πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει, καὶ τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσι βοηθεῖ. Τὰ δὲ φύλλα λεῖα σὺν ἐλαίῳ καταπλασθέντα, πυρίκαυστα ἰᾶται· ἑψηθέντα δὲ ἐν ὀμβρίῳ ὕδατι σὺν

Totae autem crematae et cum axungia aut adipe ursino tritae illitu calvis partibus capillos reddunt. Sunt, qui perhibeant, usta putamina et cum oleo ad laevorem contrita caesias infantilium oculorum pupillas, perfuso syncipite, denigrare.

Κεφ. πθ'. [Περὶ στέατος βοείου.] Καὶ τοῦ βοείου δὲ στέατος ἐξυμενιστέον τὸ νεφριαῖον καὶ θαλάττῃ πελαγίᾳ[93] πλυτέον· εἶτα εἰς ὅλμον ἐμβλητέον καὶ κοπτέον ἐπιμελῶς, ἐπιῤῥαινομένης τῆς θαλάττης· ὅταν δὲ διαλυθῇ ἅπαν, ἐμβλητέον αὐτὸ εἰς χύτραν κεραμέαν καὶ θάλασσαν ἐπιχυτέον, ὅσον ὑπερέχειν μὴ ἧττον[94] σπιθαμῆς, ἑψητέον τε ἄχρις ἂν

93) Serapion πλείονι aut πλείστῃ legisse videtur, cum aquam marinam *copiosam* interpretetur. 94) G. καὶ ἧττον.

ita curare oportet. Ex his quodcunque volueris sumito, quale ante dictum est, et lotum, pelliculis, ut in suillo praeceptum est, exemtis, indito pilae, ut subigatur et mollescat. Affusa paullatim aqua fricato, donec nec sanguinolenti quidpiam excernatur, nec pinguetudo supernatet, sed illa nitida spectetur. Quod superest, ubi in fictilem ollam conieceris, ac insuper aquam addideris, ut superemineat, super levi pruna collocato et agitato. Ubi vero totum liquatum fuerit, ac translatum in aquam refrixerit, iterum in olla elota eliquato et, quae ante dicta sunt, facito. Postquam tertio citra aquam liquefecisti, in pilam madidam excolato, refrigeratumque, ut de suillo dictum est, reponito.

Cap. LXXXIX. [*De sebo bubulo.*] Bubulo quoque sebo, renibus maxime detracto, eximendae pelliculae, ipsumque aqua marina ex alto petita eluendum: mox in pilam coniectum diligenter tundendum, aspersa marina. Cum vero totum dissolutum fuerit, in ollam fictilem immittitor, et affusa aqua marina, quae non infra spithamam

τὴν ἰδίαν ὀσμὴν ἀποβάλῃ· εἶτα πρὸς μνᾶν ἀττικὴν τοῦ στέατος κηροῦ τυῤῥηνικοῦ ὁλκὰς τέτταρας ἐμβλητέον καὶ διηθητέον· ἀφαιρετέον δὲ τὴν προςκαθημένην ἐν τῷ πυθμένι ἀκαθαρσίαν, καὶ εἰς λοπάδα καινὴν ἀποθετέον· εἶτα εἰς ἥλιον καθ᾽ ἡμέραν κομιστέον περιεσκεπασμένον, ὅπως ἀπολευκανθῇ καὶ δυςωδίαν ἀποβάλῃ.

Κεφ. ϛ΄. [Περὶ στέατος ταυρείου, παρδαλείου καὶ λεοντείου.] Τὸ δὲ ταύρειον θεραπευτέον οὕτω· λαβὼν καὶ τοῦδε τὸ πρόσφατον καὶ νεφριαῖον, ἔκπλυνον ποταμίῳ ῥεύματι, ἐξυμενίσας τε δὸς[95] εἰς χύτραν κεραμέαν καινὴν, ἁλὸς ὀλίγον προςεμπάσας, καὶ τῆκε· εἶτα εἰς ὕδωρ διαυγὲς ἀπηθήσας, ὅταν ἀρχὴν λαμβάνῃ πήξεως, ταῖς χερσὶ πάλιν ἐκτρίβων σφοδρῶς πλῦνον, τοῦ μὲν ἀποχεομένου ὕδατος, τοῦ[96] δ᾽ ἐπιχεομένου, ἄχρις ἂν πλυθῇ καλῶς· καὶ πάλιν εἰς χύτραν ἐμβάλλων ἕψε μετ᾽ οἴνου ἴσου εὐώδους· ὡς δ᾽ ἂν ζέσῃ δὶς, ἄρας ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν χύτραν, ἔασον νυκτερεῦσαι τὸ στέαρ ἐνθάδε· τῇ δ᾽ ἐχομένῃ, ἐάν τι τῆς δυςωδίας ὑπολίπηται, ἀνε-

95) Δὸς l. δὶς est coniectura Saraceni, firmata a Serapione.
96) C. interponit: τοῦ δ᾽ ἐκπλυνομένου.

emineat, coquitor, donec proprium odorem amiserit. Dein ad singulas sebi minas atticas cerae etruscae quaternae drachmae iniiciuntor. Excolatum, demta, quae in fundo residet, immunditia, in patinam novam reponitor: tandem opertum soli quotidie exponendum, ut, putido odore abolito, ad candorem reducatur.

Cap. XC. [*De adipe taurino, pantherino et leonino.*] Taurinum vero sebum sic curari oportet: Hoc quoque recens ac renibus evulsum aqua fluviali abluito, detractisque pelliculis in ollam fictilem novam indito et insperso exiguo sale liquefacito, dein in aquam limpidam excolato. Ac ubi concrescere coeperit, iterum manibus valide confricando eluito, aqua subinde effusa refusaque, dum probe lotum fuerit. Rursum in ollam coniectum cum pari copia vini odorati coquito. Et cum secundo efferbuerit, sublata ab igne olla, sinito pernoctare ibidem sebum. Postridie, si qua graveolentia supersit, in alte-

λόμενος τὸ προειρημένον εἰς ἑτέραν χύτραν καινὴν, προςεπίχεε οἶνον εὐώδη, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς προειρημένοις ποίει, ἕως ἂν ἅπασαν τὴν δυςωδίαν ἀποβάλῃ· τήκεται δὲ καὶ χωρὶς ἁλῶν ἐπ᾽ ἐνίαις διαθέσεσιν, ἐν αἷς οὗτοι ἐναντιοῦνται· γίνεται μέντοι τὸ οὕτω σκευασθὲν οὐκ ἄγαν λευκόν. Ὡςαύτως δὲ καὶ παρδάλειον σκευαστέον καὶ λεόντειον, συάγρειόν τε καὶ καμήλεον καὶ ἵππειον καὶ τὰ ὅμοια[97].

Κεφ. ϛα΄. [Πῶς τὸ στέαρ ἀρωματιστέον.] Ἀρωματιστέον δὲ στέαρ μόσχειον καὶ ταύρειον, ἔτι δὲ ἐλάφειον καὶ μυελὸν τοῦδε τοῦ ζώου τὸν τρόπον τοῦτον· ἐξυμενίσας τὸ μέλλον εὐωδιάζεσθαι καὶ πλύνας, ὡς προείπομεν, καὶ ζέσας οἴνῳ ἀθαλάσσῳ τὲ καὶ εὐώδει, εἶτα ἀνελόμενος καὶ ἐννυκτερεῦσαι ἀφεὶς, ἕτερον οἶνον ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους[98] ἐπιχέων, τοσοῦτον τῷ πλήθει, ὅσος ἦν ὁ ἔμπροσθεν δοθεὶς, καὶ τήξας ἀφυλίσας τε ἐπιμελῶς, πρὸς κοτύλας ἐννέα τοῦ στέατος ἔμβαλε σχοίνου ἀραβικῆς ὁλκὰς ζ΄· ἐὰν δὲ εὐωδέστερον ποιῆσαι ἐθέλῃς, τοῦ ἄνθους ὁλκὰς μ΄, προςαπόδος δὲ καὶ φοίνι-

97) Verba συάγρειον — ὅμοια desunt in Ald. Sed habent Serapion, Asulan., Marcell. Vergil. et reliqui.

98) C. N. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ γεννώμενον.

ram ollam novam translatum vino odorato perfundito, ac eadem, quae prius, facito, donec omnis foetor evanuerit. Liquatur et sine sale, ad certos praeprimis affectus, quibus sal contrarius est; sed ita paratum non magnopere albescit. Eodem quoque modo et pantherinus et leoninus, aprinus etiam et camelinus et equinus aliorumque adipes praeparantur.

Cap. XCI. [*Quomodo adeps aromatis sit imbuendus.*] Sebum vitulinum ac taurinum, nec non cervinum, ac huius animalis etiam medulla aromatibus imbuenda sunt sequenti modo: Quod odoratum reddi debet, demtis pelliculis, quo diximus modo eluatur, vinoque odorato, cum marina haud mixto, ebulliat: tum ab igne tollatur ac ibi pernoctet. Dein altero eiusdem generis vino ac eadem, qua prius, mensura affuso ipsum colliquato et sedulo defaecato: mox novem eius heminis schoeni arabici drachmas septem adiicito. Quodsi fragrantius reddere cupiveris, eiusdem floris quadraginta drachmas superaddito, cum pal-

κος καὶ κασσίας καὶ καλάμου τὰς ἴσας ὁλκάς· ἀσπαλάθου τὲ καὶ ξυλοβαλσάμου ἀνὰ ὁλκὴν μίαν· μίξον δὲ καὶ κινναμώμου καὶ καρδαμώμου καὶ νάρδου ἀνὰ οὐγγίαν μίαν· πάντα δὲ ἔστω ὁλοσχερέστερα κεκομμένα· εἶτα ἐπίχει οἶνον εὐώδη καὶ ὑπέρειδε ἐπ' ἀνθράκων πεπωματισμένον τὸ ἀγγεῖον, καὶ σύζεσον τρὶς, ἄρας τὲ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἔασον ἐννυκτερεῦσαι αὐτό· τῇ δ' ἐχομένῃ ἀπόχεε τὸν οἶνον καὶ ἄλλον ἐπιδοὺς τοῦ αὐτοῦ γένους σύζεσον[99] ἕως τρὶς ὁμοίως, καὶ ἄφες· πρωῒ δὲ ἀνελόμενος τὸ στέαρ, ἀπόχει τὸν οἶνον· ἐκπλύνας τὲ τὸ ἀγγεῖον καὶ καθάρας τὸ πρὸς τῷ πυθμένι καὶ τήξας διϋλίσας τὲ αὐτὸ, ἀπόθου καὶ χρῶ. Ἀρωματίζεται δὲ καὶ τὸ τεθεραπευμένον τὸν αὐτὸν τρόπον· προστύφεται δὲ τὰ προειρημένα στέατα πρὸς τὸ ῥᾳδίως δέξασθαι τὴν τῶν ἀρωμάτων δύναμιν οὕτω· λαβὼν αὐτῶν ὅ, τι ἂν βούλοιο[100], ζέσον ἅμα οἴνῳ, συγκαθεὶς μυρσίνης κλάδον, ἕρπυλλόν τε καὶ κύπειρον, ἔτι δὲ ἀσπάλαθον ὁλοσχερέστερον κοπέντα· τινὲς δὲ ἑνὶ τούτων ἀρκοῦνται τῇ χρήσει· ὅταν δὲ εἰς τρίτον ἀναζέσῃ, ἀνε-

99) Quanquam codices editionesque omnes σύζευξον habeant, cum Serapione et Saraceno, etiamsi in textum non receperit, ponimus σύζεσον. 100) C. ἤρεσκεν.

mae, cassiae et calami totidem singulorum drachmis, aspalathi et xylobalsami ana drachma una: adde et cinnamomi, cardamomi, nardi ana unciam unam. Omnia vero sint integre tusa. Dein affuso vino odorato vas operculo praeditum supra carbones firmiter collocato, ac ter omnia confervefacito, tumque vas ab igne remotum per noctem stare sinito. Postridie vino effuso, novoque eiusdem generis addito, ter simili modo confervefacito ac dimittito. Mane vero exemto adipe vinum effundito et, abluto vase purgatoque, quod imo subsidens haeserat, ipsum eliquato, novissime excolatum ad usum recondito. Quod ante praeparatum est, eodem modo aromatibus conditur. Prius inspissantur autem adipes antedicti, ut facilius aromatum vim sibi asciscant, sequenti modo: Sumens eorum quodcunque volueris, cum vino fervefacito, simul immisso myrti ramulo, serpyllo ac cypero, insuperque aspalatho integre tuso. Nonnulli tamen ad hunc usum uno duntaxat horum contenti sunt. Cum autem tertio ebulliverit,

λόμενος πράως καὶ δι' ὀθόνης ὑλίσας, ἀρωμάτιζε, ὡς δεδήλωται· ἔτι δὲ καὶ οὕτω πρόστυφε τὰ στέατα· κόψας ὅ,τι ἂν αὐτῶν ἐθέλῃς, πρόσφατον δὲ καὶ ἀμιγὲς αἵματος, τά τε ἄλλα ἔχον, ἃ πολλάκις εἴρηται, ἔμβαλε εἰς λόπαδα καινήν· ἐπιχέας τε οἶνον λευκὸν εὐώδη παλαιὸν, ὡς ὑπερέχειν δακτύλους ὀκτὼ, σύζεσον, ἐλαφρῷ χρώμενος πυρὶ, ἕως τὴν σύμφυτον ὀσμὴν ἀποβάλῃ καὶ μᾶλλον οἰνίζῃ· εἶτα καθελὼν τὸ ἀγγεῖον καὶ ψύξας, ἀνελοῦ στέατος μνᾶς β', καὶ βαλὼν εἰς λοπάδα, προσεπιδούς τε τοῦ αὐτοῦ οἴνου κοτύλας δ', καὶ λωτίνου καρποῦ, οὗ τοῖς ξύλοις οἱ αὐλοποιοὶ χρῶνται, κεκομμένου μνᾶς δ', ἕψε πυρὶ κούφῳ, διηνεκῶς κινῶν· ὅταν δὲ τὴν στεατώδη ἀποφορὰν ἀποβάλῃ πᾶσαν, διϋλίσας αὐτὸ ψύχε· καὶ λαβὼν ἀσπαλάθου κεκομμένου μνᾶν μίαν καὶ ἀμαρακίνου ἄνθους μνᾶς τέτταρας, οἴνῳ φύρασον παλαιῷ, καὶ ἔασον μίαν νύκτα πιεῖν· τῇ δ' ἐχομένῃ εἰς χύτραν κεραμέαν τριχουνιαίαν καινὴν κάθες αὐτὰ καὶ τὸ στέαρ· προσαπόδος δὲ καὶ χοὸς ἥμισυ οἴνου καὶ σύζεσον ἅπαντα ὁμοῦ· ὅταν δὲ πάντων τῶν στυμμάτων τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀσμὴν[1] ἀπολάβῃ τὸ στέαρ, καθ-

1) Ald. ἕως ἂν τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀσμὴν τῶν στυμμάτων ἀναλάβῃ.

leniter exemtum et linteo transfusum aromatibus, sicut praeceptum est, imbuito. Sed et adipes ita prius inspissantur. Adipem quemlibet recentem, sanguinis expertem aliasque habentem notas, quas saepe tradidimus, ubi contuderis, in patinam novam coniicito, et infuso vino albo veteri odorato, quod digitorum octo altitudinem superet, igne lento cenfervefacito, donec, deposito odore nativo, vinum potius redoleat. At ubi deposito vase refrixerit, duas adipis minas eximito ac in ollam mittito, adiectis eiusdem vini heminis quatuor, fructus loti, eius nimirum, cuius ligno tibiarum artifices utuntur, tusi minis quatuor, ac lento igne assiduo agitando coquito. Postquam autem omnem adipis nidorem abiecit, excolatum frigescere sinito. Tum sumtas aspalathi tusi minam unam, florum maioranae minas quatuor, ac veteri subactas vino, sinito noctem unam combibere. Postridie in ollam fictilem novam tricongialem ea simulque adipem demittito et addito vini dimidio congio simul omnia fervefacito. Post ubi spissamentorum omnium et vim et odorem adeps asciverit,

ελὼν αὐτὸ καὶ διϋλίσας πῆξον[2] καὶ ἀπόθου· ἐὰν δὲ εὐωδέστερον ποιῆσαι θέλῃς, μίσγε σμύρνης λιπαρωτάτης ὁλκὰς η', οἴνῳ διειμένας πολυετεῖ.

Τὸ δὲ ὀρνίθειον καὶ χήνειον στέαρ οὕτως ἂν εὐωδιασθῇ· λαβὼν οἵου τινὸς αὐτῶν τεθεραπευμένου κοτύλας δ', καὶ καθεὶς εἰς ὀστρακίνην χύτραν, πρόσμιξον ἐρυσισκήπτρου καὶ ξυλοβαλσάμου, ἔτι δὲ φοίνικος ἐλάτης καὶ καλάμου ὁλοσχερῶς κεκομμένου ἀνὰ < ιβ', ἐπιδούς τε οἴνου λεσβίου παλαιοῦ κύαθον α', θὲς ἐπ' ἀνθρακιᾶς, καὶ σύζεσον τρίς· εἶτα ἀνελόμενος ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ἀγγεῖον καὶ ἐάσας ψυγῆναι τὰ ἐν αὐτῷ ἡμέραν μίαν καὶ νύκτα· τῇ ἐχομένῃ τῆξον αὐτὰ καὶ διὰ ῥάκους λινοῦ καθαροῦ ὕλισον[3] εἰς καθαρὸν ἀγγεῖον· ὅταν δὲ παγῇ, ἀνελόμενος κόγχῳ τὸ προειρημένον εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον βάλε καινὸν, καὶ πωμάσας στεγανῶς ἀπόθου ἐν καταψύχρῳ τόπῳ· χειμῶνος δὲ ταῦτα δραστέον, ἐν γὰρ θέρει οὐ πήγνυται· τινὲς δὲ πρὸς τὴν σύστασιν αὐτῶν καὶ τὴν πῆξιν,

2) Sic Lacuna. Sarac. maluit ψύξον. Vulgo τῆξον.

3) Cum Saraceno loco χύλισον, quod hic minus aptum.

igne detractum excolatumque concrescere sinito et reponito. Quodsi odoratiorem reddere volueris, myrrhae pinguissimae drachmas octo vino multorum annorum dilutas misceto.

Gallinaceum vero et anserinum adipem ita poteris fragrantem facere. Cuiusvis eorum curati heminas quatuor sumito et olla testacea excipito: ac aspalathi (erysisceptri), xylobalsami, insuperque palmae elates et calami integre tusi ana drachmas duodecim admisceto, adiectoque vini lesbii veteris cyatho uno super prunis collocato ac ter confervefacito. Mox vase sublato ab igne, quae in eo sunt, diem unam noctemque refrigescere sinito. Postridie liquata per pannum lineum mundum in vas purum excolato. Ubi vero coïerit adeps, concha exemtum in fictile vas novum coniicito, quod operculo arcte clausum loco perfrigido reposueris. Ceterum haec hyberno tempore peragenda sunt, neque enim aestate adeps concrescit. Sunt, qui, quo facilius omnia coëant concrescant-

βραχὺ κηροῦ τυῤῥηνικοῦ μίσγουσιν· τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ ἀρωματιστέον καὶ τὸ ὕειον, ἄρκειόν τε καὶ τὰ ὅμοια.

Κεφ. ϛβ'. [Πῶς σαμψυχίζεται τὸ στέαρ.] Σαμψυχίζεται δὲ στέαρ οὕτω· λαβὼν τοῦ καλῶς τεθεραπευμένου ὅσον μνᾶν μίαν, ἔστω δὲ μᾶλλον ταύρειον, καὶ σαμψύχου ὡρίμου τεθλασμένου ἐπιμελῶς μνᾶν μίαν ἥμισυ μίξον, καὶ μαγίδας ἀνάπλασον, ἐπιῤῥαίνων[4] δαψιλέστερον οἶνον, εἶτα ἀποθέμενος αὐτὰς εἰς ἀγγεῖον καὶ σκεπάσας, ἔασον νυκτερεῦσαι· πρωῒ δὲ εἰς κεραμέαν χύτραν ἐμβαλὼν καὶ ὕδωρ ἐπιχέας, ἕψε κούφως· ὅταν δὲ τὴν ἰδίαν ὀσμὴν ἀποβάλῃ τὸ στέαρ, διϋλίσας αὐτὸ καὶ ἐάσας μεῖναι ὅλην τὴν νύκτα πεπωμασμένον καλῶς τῇ ἐπιούσῃ ἀνελόμενος τὸν τροχίσκον, καὶ προςαποψήξας[5] τὴν ἐν τῷ πυθμένι ῥυπαρίαν, μίξον πάλιν σαμψύχου κεκομμένου, ὡς εἴρηται, ἄλλην μνᾶν μίαν ἥμισυ, καὶ ὡςαύτως ἀνάπλασσε μαγίδας, ποιῶν καὶ τὰ ἄλλα, ἃ προείρηται· ἐπὶ πᾶσι δὲ ἑψήσας καὶ διϋλίσας, ἀφελών τε, εἴ τις ἐν τῷ πυθμένι ῥυπαρία ὑπάρχει, ἀπόθου ἐν καταψύχρῳ τόπῳ.

4) C. ἐπιχέας.
5) Cum Saraceno loco προςαποψύξας.

que, cerae tyrrhenicae momentum admiscent. Eadem vero arte suillus adeps et ursinus ceterique id genus aromatis imbuuntur.

Cap. XCII. [*Quomodo adeps maioranae odore imbuatur.*] Maioranae odore adeps tali modo imbuitur: Bene curati adipis, praeprimis taurini, minam unam sumito et maioranae maturae diligenter contusae sesquiminam misceto, atque insperso largiori vino offas conformato, quas in vase operto repositas pernoctare sinito. Postero mane in fictilem ollam immissas affusa aqua leniter coquito, cumque suum exuerit odorem adeps, ipsum excolatum ac operculo probe clausum totam noctem quiescere sinito. Postero die pastillo exemto, abstergito sordes, quae fundum petierant, iterumque maioranae contusae, uti dictum est, sesquiminam aliam adiicito, similiterque in offas cogito. Aliis quoque, quae ante diximus, peractis, decoctum colo traiicito, ac detracta, si qua fundo adhaeserit, spurcitie, loco perfrigido reponito.

Κεφ. ϛγ'. [*Περὶ στέατος χηνείου καὶ ὀρνιθείου.*] Εἰ δὲ ἀθεράπευτον στέαρ ἢ χήνειον ἢ ὀρνίθειον ἢ μόσχειον[6] θέλῃ τις ἄσηπτον διατηρῆσαι, οὕτω ποιητέον αὐτό· λαβὼν πρόσφατον, ὁποῖον ἂν βούλοιο[7], ἔκπλυνον ἐπιμελῶς, καὶ διαψύξας[8] ἐπὶ κοσκίνου ἐν σκιᾷ, μετὰ τὸ ξηρανθῆναι ἔμβαλε εἰς ὀθόνην καθαρὰν, καὶ ταῖς χερσὶν ἐκπίεσον βιαίως[9], εἶτα λίνῳ διείρας κρέμασον ἐν τόπῳ σκιερῷ· μετὰ δὲ ἡμέρας πολλὰς καινῷ ἀποδήσας χάρτῃ, ἀποτίθεσο ἐν καταψύχρῳ τόπῳ· ἄσηπτα διαμένει καὶ ἐν μέλιτι ἀποτεθέντα.

Κεφ. ϛδ'. [*Στεάτων δύναμις.*] Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ στέατα πάντα θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀραιωτικήν[10]. Τὸ μέντοι ταύρειον στύφει ποσῶς, καὶ τὸ βόειον καὶ τὸ μόσχειον· καὶ τὸ λεόντειον δὲ ἀναλογεῖ τούτοις· φασὶ δὲ αὐτὸ καὶ ἀντιφάρμακον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν εἶναι· τὸ δὲ ἐλεφάντειον καὶ ἐλάφειον ἑρπετὰ διώκει καταχριόμενον· τὸ δὲ αἴγειον στυπτι-

6) Lacun. legit ἐχίδνιον. 7) C. N. αἱρῇ.
8) Lacun. legit διασείσας.
9) C. N. et cod. Par. apud Goupyl. ἐῤῥωμένως.
10) Ald. et Asul. ἀρωματικὴν. Marcell. Vergil. primus, dein Cornarus nostram suaserunt lectionem esse praeferendam. Paull. lib. 7. p. 254. τὸ τῶν λεόντων στέαρ dicit esse διαφορητικώτατον.

Cap. XCIII. [*De adipe anserino et gallinaceo.*] Si quis vero haud ante curatum adipem anserinum, gallinaceum, aut vitulinum a putredine tueri velit, id ita instituendum est. Recentem quemcunque volueris adipem assumtum diligenter eluito, et supra cribrum in umbra perflandum aëri exponito: postquam siccatus fuerit, in linteum mundum iniicito et manibus vehementer exprimito: dein lino traiectum umbroso in loco suspendito, et post multos dies nova charta involutum loco perfrigido recondito. In melle quoque asservata pinguia inputria permanent.

Cap. XCIV. [*Adipum vis.*] Vim habent adipes omnes calefacientem, mollientem, rarefacientem. Taurinus autem adeps, ut et bubulus et vitulinus, quodammodo condensant. His affinis est leoninus, quem aiunt etiam insidiantibus resistere. Elephantinus vero ac cervinus peruncti serpentes fugant. At caprinus magis condensat, unde

κώτερον[11], ὅθεν δυςεντερικοῖς δίδοται σὺν ἀλφίτῳ καὶ ῥοϊ καὶ τυρῷ καθεψόμενον, ἐγκλύζεταί τε μετὰ πτισάνης χυλοῦ· εὐθετεῖ δὲ καὶ φθισικοῖς ἐν ῥοφήμασιν ὁ ἐξ αὐτῶν ζωμὸς, καὶ τοῖς κανθαρίδας πεπωκόσιν ὠφελίμως δίδοται· τὸ δὲ τράγειον, διαλυτικώτατον ὂν, βοηθεῖ ποδαγρικοῖς, φυραθὲν σὺν αἰγὸς σπυράθοις καὶ κρόκῳ, καὶ ἐπιτιθέμενον· καὶ τὸ προβάτειον ἀναλογεῖ τούτῳ· ὕειον δὲ ἀναλογεῖ[12] τοῖς περὶ ὑστέραν καὶ ἕδραν, ὃ καὶ πυρικαύστοις ἁρμόζει· τὸ δὲ ταριχηρὸν ὕειον ὡς ὅτι παλαιότατον θερμαίνει καὶ μαλάσσει· οἴνῳ δὲ πλυνθὲν ἁρμόζει πλευριτικοῖς, σὺν τέφρᾳ ἢ ἀσβέστῳ ἀναληφθὲν, καὶ πρὸς οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς καὶ σύριγγας· τὸ δὲ ὄνειόν φασιν οὐλὰς ὁμόχρους ποιεῖν· χήνειον δὲ καὶ ὀρνίθειον πρὸς τὰ γυναικεῖα καὶ ἐπὶ ῥήξεις χειλῶν καὶ προσώπων[13] ἐπιμέλειαν καὶ ὠταλγίας ἁρμόζει· τὸ δὲ ἄρκειον δοκεῖ τριχοφυὲς εἶναι ἀλωπεκιῶν, καὶ χιμετλιῶσιν ἁρμόζει· τὸ

11) Hic est ille locus, qui Galeno (fac. simpl. 11. p. 330.) ansam praebuit, Dioscoridem taxare, quod *τὰ σημαινόμενα τῶν ἑλληνικῶν ὀνομάτων* ignorarit. *Στυπτικωτέραν* enim *δύναμιν* sebo caprino tribui non posse, sed noluisse Diosc. *δριμυτέραν ποιότητα* exprimere. Mihi vero secus videtur. *Στυπτικὸν* cum *στύφειν*, *στύμμασι* comparans Diosc. idem voluit dicere, quod ipse Galenus et Paullus, cum *ταχέως πηγνύμενον* edisserant *τὸ στέαρ αἴγειον*.

12) Forte sphalma loco *εὐθετεῖ*.

13) Goupyl. legit in cod. *πρὸς ὤτων*.

et in intestinorum difficultatibus cum polenta, rhoë et caseo exhibetur, et cum ptisanae etiam liquore infunditur. Iusculum ex iis etiam in sorbitione phthisicis prodest, ac iis, qui cantharidas hauserunt, utiliter propinatur. Hircinus dein, quippe qui validissime discutit, podagricis auxiliatur cum stercore caprino et croco subactus impositusque. Sed et huic ovillus cognatus est. Suillus autem ad matricis sedisque vitia commodus, qui et ambustis confert. Idem sale conditus et quam vetustissimus calefacit et mollit: vino vero lotus pleuriticis prodest. At cinere aut calce exceptus et oedematibus et inflammationibus fistulisque convenit. Asininum autem tradunt cicatrices corpori concolores reddere. Anserinus dein et gallinaceus muliebribus malis congruunt, nec non ad labiorum rimas, ad curandam faciei cutem et contra aurium dolores. Ursinus calvitiei capillos restituere creditur ac pernionibus

δὲ τῆς ἀλώπεκος στέαρ πρὸς ὠταλγίας· τὸ δὲ τῶν ποταμίων ἰχθύων ὀξυδερκὲς ἐγχριόμενον, ἀποτακὲν ἐν ἡλίῳ καὶ μέλιτι μιγέν· τὸ δὲ τῆς ἐχίδνης πρὸς ἀμβλυωπίας[14], ἔτι δὲ ὑποχύσεις ἐνεργεῖ, μιγὲν κεδρίᾳ καὶ μέλιτι ἀττικῷ καὶ ἐλαίῳ παλαιῷ ἴσον· ἐκτιλθείσας δὲ τὰς ἐν μασχάλῃ τρίχας, πρὸς τὰς ῥίζας καταχρισθὲν καθ᾽ ἑαυτὸ, πρόςφατον, ἐξιτήλους ποιεῖ.

Κεφ. ϛέ. [Περὶ Μυελῶν.] Μυελῶν δὲ κράτιστός ἐστιν ἐλάφειος, εἶτα μόσχειος, καὶ μετὰ τοῦτον ταύρειος, εἶτα αἴγειος καὶ προβάτειος· συνίσταται δὲ θέρους τοῦ συνεγγίζοντος τῷ φθινοπώρῳ· ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις καιροῖς αἱμαλωπὶς καὶ οἱονεὶ σὰρξ εὔθρυπτος ἐν τοῖς ὀστέοις εὑρίσκεται· ἔστι δὲ δύςγνωστος[15], ἐὰν μήτις ἐξοστεΐσας ἴδῃ καὶ ἀπόθηται. Ἅπαντες δέ εἰσι μαλακτικοὶ, ἀραιωτικοὶ, θεραπευτικοὶ[16], πληρωτικοὶ ἑλκῶν· ὁ δὲ ἐλάφειος περιχρισθεὶς καὶ θηρία διώκει. Θεραπεύεται ὁ πρόςφατος μαλαχθεὶς ὡς στέαρ, παραχεόμενος[17] ὕδατι, ἐκλεγομένων τῶν ὀστέων, εἶτα δι᾽ ὀθό-

14) C. N. ἀλωπεκίας.
15) Omnes editiones δύγνωστος. Lacuna legit interpositum ὁποίον ἂν ῇ.
16) Cum Plinio interpretes omnes θερμαντικοὶ intellexerunt, sed nusquam id in codicibus: ἀποθεραπευτικοὶ maluit Sarac. Equidem praeferrem ὀλισθητικοὶ, sed temeritatis arguerer.
17) Bene Sarac. loco vulg. παραχεόμενον.

subvenit. Vulpinus medetur aurium doloribus. Fluviatilium piscium adeps inunctis oculis claritatem affert, siquidem in sole liquatus mellique admistus fuerit. Viperinus contra oculorum hebetudines ac suffusiones etiam efficax est, additis cedriae, mellis attici et olei veteris aequis partibus. Pilos alis evulsos abolet, si recens ac per se ad radicum vestigia illinatur.

Cap. XCV. [*De Medullis.*] E medullis optima est cervina, tum vitulina, post hanc taurina, dein caprina et ovilla. Colliguntur vero aestatis ea parte, quae autumno proxima est: aliis enim anni temporibus sanguinis concrementum et quasi caro friabilis in ossibus reperitur. Neque facile dignoscitur, nisi ab eo, qui ipsam ossibus extraxerit ac reposuerit. Omnes autem medullae molliunt, rarefaciunt, curant ulcera et explent. Cervina peruncta et venenatas arcet bestias. Curatur vero recens, adipis ad instar, selectis ossibus: nam et affusa aqua primum sub-

νης ὑλισθεὶς καὶ ὡςαύτως πλυνθεὶς, ἄχρις ἂν τὸ ὕδωρ καθαρὸν γένηται· ἔπειτα ἐν διπλώματι τακεὶς, ἐπαναληφθείσης πτερῷ τῆς ἐπινηχομένης ῥυπαρίας καὶ διϋλισθεὶς εἰς θυΐαν, μετὰ τὸ παγῆναι ἀποτίθεται ἐν ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ καινῷ, ἀπεξυσμένης ἐπιμελῶς τῆς ὑποστάθμης· εἰ δ' ἀθεράπευτον ἀποτίθεσθαι βούλει, ποίει πάντα, ὡς ἐπὶ τοῦ ὀρνιθείου καὶ χηνείου στέατος ὑπεδείξαμεν.

Κεφ. ϛϛ'. [*Περὶ χολῆς πάσης.*] Χολὴ πᾶσα ἀποτίθεται τούτῳ τῷ τρόπῳ· λαβὼν τὴν πρόςφατον καὶ ἀποδήσας τὸ στόμα αὐτῆς λίνῳ, κάθεσο εἰς ὕδωρ ζέον, διαλιπὼν χρόνον τοσοῦτον, ὅσον ἂν τις τριῶν σταδίων δρόμον ἀνύσειεν[18]· εἶτα ἐξελὼν ξήραινε ἐν τόπῳ σκιερῷ καὶ ἀνοτίστῳ· τὰς δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ λίνῳ ἀποθήσας, βάλε εἰς βικίον ὑελοῦν, ἔχον μέλι· καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ λίνου περιδήσας τῷ στόματι τοῦ βικίου, πωμάσας ἀπόθου· εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ χολαὶ δριμεῖαι, θερμαντικαὶ, τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον κατὰ δύναμιν ἀλλήλων διαφέρουσαι· δοκοῦσι δὲ ἐπιτετάσθαι ἥ, τε

18) C. N. ἀναλώσειεν.

igitur, dein per linteum excolatur ac similiter eluitur, donec aqua pura conspiciatur. Super haec in duplici vase liquatur, exceptis penna sordibus innatantibus et in pilam transcolatur: postquam vero coïerit, faece, quae subsidet, sedulo derasa, in fictili vase novo reponitur. Quod si libet haud prius praeparatam reponere, eadem omnia facito, quae de gallinacco anserinoque adipe praecepimus.

Cap. XCVI. [*De omni fellis genere.*] Fel omne reconditur hoc modo: Acceptum recens, ubi os vesicae lino praeligaveris, in aquam fervidam deponito ac tamdiu demittito, dum quis trium stadiorum spatium conficeret: dein exemtum siccato loco umbroso ac minime humecto. Sed quod ad ocularia adhibiturus es, lineo filo deligatum in lagenulam vitream, quae mel habeat, demittito et circa lagenulae ostium obligato fili principio, operculum addito ac recondito. Omnia autem fellis genera acria sunt et calefaciunt: maioris tamen minorisve efficaciae ratione inter se differunt. Siquidem praestan-

τοῦ θαλασσίου σκορπίου καὶ ἰχθύος τοῦ λεγομένου καλλιωνύμου[19], χελώνης τε θαλασσίας καὶ ὑαίνης· ἔτι δὲ πέρδικος καὶ ἀετοῦ καὶ ἀλεκτορίδος λευκῆς καὶ αἰγὸς ἀγρίας· ἰδίως ἁρμόζουσα πρὸς ἀρχομένας ὑποχύσεις καὶ ἀχλῦς, ἄργεμά τε καὶ τραχέα βλέφαρα· τῆς δὲ τοῦ προβάτου καὶ τοῦ τράγου καὶ τοῦ συὸς ἔτι δὲ ἄρκτου ἐμπρακτικωτάτη ἐστὶν ἡ ταυρεία· πᾶσαι δὲ προθυμίαν πρὸς διαχώρησιν ἐργάζονται, καὶ μᾶλλον παιδίων, εἴ τις κροκίδα βάψας προσθείη τῷ δακτυλίῳ[20]· ἡ δὲ ταυρεία ἰδίως ἐπὶ συναγχικῶν διαχρίεται σὺν μέλιτι· ἀποθεραπεύει τε τὰ ἐν δακτυλίῳ[20] μέχρις οὐλῆς· πυοῤῥοοῦντά τε ὦτα καὶ τὰς ἐπ᾽ αὐτῶν ῥήξεις σὺν γάλακτι αἰγείῳ ἢ γυναικείῳ ἐνσταζομένη· πρὸς δὲ συριγμοὺς, σὺν πράσου χυλῷ· εἴς τε τὰς τραυματικὰς ἐμπλάστρους[21] μιγνυμένη καὶ θηριακὰς περιχρίστους· καὶ πρὸς φαγεδαινικὰ ἕλκη καὶ ὀδύνας αἰδοίου καὶ ὀσχέου σὺν μέλιτι· πρὸς δὲ λέπρας καὶ πίτυρα σὺν νίτρῳ ἢ γῇ κιμωλίᾳ σμῆγμα κράτιστον· καὶ ἡ προβατεία δὲ

19) Ald., Asul., Cornar., Marc. *καλλιονίου.* Goupyl. et cod. C. *καλλιωνύμου.* Serapion iam *calonomos.*

20) Vulgo *δακτύλῳ.*

21) Lacuna addit *ἀφλεγμάντους.*

tioris effectus esse videntur fella scorpii marini, piscis, qui callionymus dicitur, testudinis marinae et hyaenae; itemque perdicis, aquilae, gallinae candidae et caprae sylvestris; quod quidem speciatim confert ad incipientes suffusiones, caligines, albugines et palpebrarum scabrities. Taurinum vero ovillo, hircino, suillo atque etiam ursino efficacius. Omnia vero proclivitatem ad alvi deiectionem producunt, praesertim infantibus, si quis eo delibutum lanae floccum ano admoverit. Taurino speciatim anginosi cum melle perunguntur, ac sedis ulcera ad cicatricem usque persanantur. Medetur et aurium fluxibus purulentis earumque rimis cum lacte caprino, tinnitui etiam cum porri succo instillatum. Miscetur insuper vulnerariis emplastris et circumlitionibus, quae contra venenata parantur. Phagedaenicis ulceribus ac pudendi scrotique doloribus ex melle prodest. Lepras etiamnum et furfures cum nitro aut terra cimolia exterit expeditissime. Ovillum et ursi-

πρὸς αὐτὰ καὶ ἡ ἀρκεία, ἐνδεέστεραι δὲ τυγχάνουσιν· ἐκλειχομένη δὲ ἡ ἀρκεία ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ· ἡ δὲ τῆς χελώνης πρὸς συνάγχας καὶ τὰς ἐπὶ τῶν παίδων νομὰς ἐν στόματι, καὶ ἐπιληπτικοῖς ἐντεθεῖσα ταῖς ῥισίν· αἰγὸς δὲ ἀγρίας ἰδίως νυκτάλωπας θεραπεύει ἐγχρισθεῖσα, καὶ ἡ τοῦ τράγου τὸ αὐτὸ ποιεῖ, θύμιά τε αἴρει καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἐλεφαντιώντων ὑπεροχὰς καταχριομένη καταστέλλει· ἡ δὲ ὑεία πρὸς τὰ ἐν ὠσὶν ἕλκη καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ πάντα ὠφελίμως παραλαμβάνεται.

Κεφ. ϛζ΄. [Περὶ Αἱμάτων.] Αἷμα χηνὸς καὶ ἐρίφου καὶ νήσσης ἀντιδότοις χρησίμως μίγνυται· φάσσης δὲ καὶ τρυγόνος καὶ περιστερᾶς καὶ πέρδικος εἰς προσφάτους ὀφθαλμῶν τρώσεις καὶ ὑποδρομὰς αἵματος καὶ νυκτάλωπας ἐγχρίεται· ἰδίως δὲ τὸ τῆς περιστερᾶς αἱμοῤῥαγίας τὰς ἐκ μηνίγγων ἐπέχει· τὸ δὲ τοῦ τράγου καὶ αἰγὸς καὶ ἐλάφου καὶ λαγωοῦ ὀπτὸν ἀπὸ τηγάνου λαμβανόμενον δυσεντερίας καὶ κοιλιακὰς ῥύσεις ἐφίστησι· μετ᾽ οἴνου δὲ ποθὲν πρὸς τοξικὰ ποιεῖ· τὸ δὲ τῶν λαγωῶν θερμὸν καταχριόμενον ἐφήλιδας καὶ φακοὺς θεραπεύει, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν κυνῶν δὲ ποθὲν λυσσοδήκτοις

num contra eadem pollent, sed minore efficacia praedita, ac ursinum quidem linctu comitiales adiuvat. Fel testudinis valet ad anginam et depascentia in infantium ore ulcera, idem naribus inditum cōmitialibus prodest. Sylvestris caprae felle perunctο peculiariter lusciosi sanantur. Hircinum idem praestat, thymia quoque abolet et luxuriantes elephantiacorum protuberantias reprimit. Suillum denique contra aurium ulcera ceteraque omnia utiliter assumitur.

Cap. XCVII. [*De sanguinis variis generibus.*] Sanguis anseris, hoedi et anatis utiliter antidotis miscetur. Palumbi autem, turturis, columbae ac perdicis recentibus oculorum vulneribus, iisdem sugillatis ac lusciosis illinitur. Peculiariter vero columbae sanguis haemorrhagias e meningibus sistit. Hirci autem, caprae, cervi et leporis sanguis inassatus sartagine et assumtus dysenterias et coeliacorum profluvia inhibet. In vino potus contra venena efficax est. Leporinus calens adhuc illitus faciei maculas a solis ardore contractas et lentigines emendat. Caninus

καὶ τοξικὸν πεπωκόσιν ἁρμόζει· τὸ δὲ τῆς χερσαίας χελώνης ποθὲν ἐπιληπτικοῖς ἱστορεῖται ἁρμόζειν· θαλασσίας δὲ χελώνης σὺν οἴνῳ καὶ πιτύᾳ λαγωοῦ καὶ κυμίνῳ πινόμενον ἁρμόζει πρὸς θηριοδήγματα καὶ φρύνου πόσιν· ταύρου δὲ αἷμα διαφορεῖ καὶ μαλάσσει σκληρίας καταπλασσόμενον μετὰ ἀλφίτων· τὸ δὲ τῶν ὀχευτῶν ἵππων σηπταῖς μίγνυται· τὸ δὲ τοῦ χαμαιλέοντος τρίχας ψιλοῦν ἐπὶ τῶν βλεφάρων πεπίστευται, καὶ τὸ τῶν χλωρῶν βατράχων ὁμοίως· γυναικὸς δὲ τὸ ἐπιμήνιον περιαλειφόμενον καὶ ὑπερβαινόμενον ἀσυλλήπτους δοκεῖ ποιεῖν γυναῖκας· ποδαγρικὰς δὲ ὀδύνας[22] καὶ ἐρυσιπέλατα κουφίζει καταχριόμενον.

Κεφ. ϛη΄. [Περὶ Ἀποπάτου.] Ἀπόπατος βοὸς νομάδος πρόσφατος ἐπιτεθεὶς φλεγμονὰς τὰς ἐκ τραυμάτων πραΰνει· ἐνειλεῖται δὲ φύλλοις καὶ θερμαίνεται ἐπὶ θερμοσποδιᾷ, καὶ οὕτως ἐπιτίθεται· καὶ ἰσχιάδος δὲ πυρίᾳ[23] πραϋντικὴ ἡ τοιαύτη ἐπίθεσις· σὺν ὄξει δὲ καταπλασθεῖσα σκληρίας[24] καὶ

22) Ald. sphalmate γυναῖκας.
23) Ald. πυρίας. Asulan. — Saracen. πυρία.
24) C. σκληρώματα.

commode propinatur a cane rabido demorsis iisque, qui toxicum hauserint. Testudinis terrestris epotum sanguinem comitialibus prodesse tradunt. Marinae autem testudinis cum vino, coagulo leporis et cumino potus contra venenatarum bestiarum morsus et haustum rubetae venenum convenit. Taurinus cum polenta impositus duritias discutit emollitque. At equorum admissariorum sanguis septicis medicamentis additur. Chamaeleonis similiterque viridium ranarum sanguine palpebrarum pilos aboleri creditum est. Menstruus vero feminae sanguis existimatur circumlitu, aut si super eo ingrediantur, mulierum conceptum impedire. Podagricos denique dolores ac erysipelata illitus iuvat.

Cap. XCVIII. [*De Stercore.*] Stercus bovis armentalis recens impositum inflammationes ex vulneribus lenit: foliis autem involutum in cinere calente calefit, atque ita imponitur. Simili modo fotu applicitum coxendicis cruciatus mitigat. Ex aceto vero cataplasmatis vice imposi-

χοιράδας διαλύει καὶ φύγεθλα· ἰδίως δὲ ἄῤῥενος βοὸς βόλβιτον ὑστέραν προπεπτωκυῖαν ὑποθυμιώμενον ἀποκαθίστησι· διώκει δὲ καὶ κώνωπας θυμιαθέν· αἰγῶν δὲ σπύραθοι, μάλιστα ὀρεινῶν, πινόμεναι σὺν οἴνῳ, ἴκτερον ἀποκαθαίρουσιν· σὺν ἀρώματι δὲ ποθεῖσαι ἔμμηνα κινοῦσι καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλουσι[25]· ξηραὶ δὲ λεῖαι σὺν λιβανωτῷ προςτεθεῖσαι ἐν ἐρίῳ, γυναικεῖον ῥοῦν ἐπέχουσι, καὶ τὰς ἄλλας αἱμοῤῥαγίας σὺν ὄξει στέλλουσι· καεῖσαι δὲ ἀλωπεκίας θεραπεύουσι, μετ' ὄξους ἢ ὀξυμέλιτος καταχριόμεναι· σὺν ὀξυγγίῳ δὲ καταπλασσόμεναι ποδαγρικοὺς ὠφελοῦσιν· ἑψηθεῖσαι δὲ μετ' ὄξους ἢ οἴνου ἐπιτίθενται πρὸς ἑρπετῶν δήγματα καὶ ἕρπητας καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ παρωτίδας· καὶ ἐπὶ ἰσχιαδικῶν ἡ δι' αὐτῶν καῦσις ὠφελίμως παραλαμβάνεται τοῦτον τὸν τρόπον· ἐπὶ τὸ μεταξὺ μέρος τοῦ ἀντίχειρος, συνεγγίζον δὲ τῷ καρπῷ κοῖλον, προϋποθεὶς ἔριον ἐλαίῳ βεβρεγμένον, ἐπιτίθει κατὰ μίαν σπύραθον πυριῶν, ἄχρις ἂν ἡ αἴσθησις διὰ τοῦ βραχίονος ἐπὶ τὸ ἰσχίον ἔλθῃ καὶ παύῃ· καλεῖται δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις ἀραβική. Ἡ προβάτων δὲ ἄφοδος σὺν ὄξει κατα-

25) Lacun. κτείνουσι.

tum duritias, strumas et glandularum tumores discutit. Speciatim vero bovis masculi fimus prolapsum uterum suffitu restituit, accensi quoque nidore culices abiguntur. Caprarum, praesertim in montibus degentium, stercus ex vino bibitum regium morbum emendat, cum aromatibus vero potum menses ciet et fetus eiicit. Siccum tritumque et cum ture in vellere appositum fluxum muliebrem cohibet aliasque sanguinis eruptiones ex aceto compescit. Ustum ac cum aceto aut oxymelite illitum calvitiei medetur. Cum axungia vero cataplasmate adhibitum podagricis opitulatur. Decoctum in aceto aut vino imponitur ad serpentium morsus, herpetas, erysipelata, parotides. Quin et ischiadicis ustio eorum ope administratur utiliter hunc in modum: In eo cavo, quod est inter pollicem et indicem, qua parte pollex carpo committitur, lana oleo imbuta prius substernitur, ac dein singulatim imponuntur fimi caprini ferventes pilulae, donec sensus per brachium ad coxendicem perveniat doloremque mitiget, atque adustio talis arabica appellatur. At vero stercus ovillum ex

πλασθεῖσα ἐπινυκτίδας, ἥλους, θύμους, ἀκροχορδόνας ἰᾶται· πυρίκαυστα δὲ κηρωτῇ ῥοδίνῃ ληφθεῖσα· ὑὸς δὲ ἀγρίου ξηρὰ μεθ' ὕδατος ἢ οἴνου ποθεῖσα αἵματος ἀναγωγὴν ἴσχει καὶ χρόνιον ἄλγημα πλευρᾶς πραΰνει, ῥήγματα δὲ καὶ σπάσματα μετ' ὄξους πινομένη· στρέμματα δὲ θεραπεύει ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ ῥοδίνῃ· ὄνων δὲ καὶ ἡ τῶν ἵππων αἱμοῤῥαγίας ἵστησιν, ὠμή τε καὶ κεκαυμένη ὄξει μιγεῖσα· ἡ δὲ τοῦ ἐξ ἀγέλης ὄντος ποηφάγου ξηρὰ χυλισθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα σκορπιοπλήκτοις σφόδρα βοηθεῖ· περιστερᾶς δὲ θερμαντικωτέρα καὶ καυστικωτέρα χρησίμως ὠμηλύσει μιγνυμένη· σὺν ὄξει δὲ χοιράδας διαφορεῖ· ἄνθρακάς τε περιῤῥήττει σὺν μέλιτι καὶ λινοσπέρμῳ καὶ ἐλαίῳ λεανθεῖσα· πυρίκαυστά τε θεραπεύει· καὶ ἡ τῶν ἀλεκτορίδων δὲ ταυτὰ ποιεῖ, ἐνδεέστερον μέντοι· πλὴν ἰδίως πρὸς μύκητας θανασίμους καὶ κώλου ἀλγήματα ἁρμόζει, μετ' ὄξους ἢ οἴνου πινομένη· πελαργοῦ δὲ σὺν ὕδατι ποθεῖσα ἐπιληπτικοῖς ἁρμόζειν πιστεύεται· γυπὸς ὑποθυμιαθεῖσα ἔμβρυα ἐκτινάσσειν παραδέδοται· μυῶν λεία σὺν ὄξει ἀλωπεκίας καταχριομένη θεραπεύει· σὺν λιβα-

aceto impositum sanat epinyctidas, clavos, verrucas, quae thymi vocantur, et quae pensiles sunt; itemque ambusta cerato rosaceo exceptum. Aprinum autem aridum in aqua aut vino potum sanguinis reiectionem sistit, ac diuturnum sedat lateris dolorem. Sed et ad rupta convulsaque ex aceto bibitur: luxatis vero exceptum cerato rosaceo medetur. Porro tam asinorum quam equorum fimum, sive crudum sive crematum, addito aceto, sanguinis eruptiones cohibet. Armentinorum vero, qui herba pascuntur, siccum stercus vino imbutum et bibitum a scorpione ictis magnopere auxiliatur. Columbinum, quoniam vehementius calefacit ac urit, farinae crudae utiliter admiscetur, et ex aceto quidem strumas discutit, carbunculos vero emarginat cum melle, lini semine et oleo tritum: nec non ambustis quoque medetur. Gallinaceum eadem, sed malignius, praestat. Speciatim tamen contra letales fungos et colicos dolores confert, si ex aceto aut vino bibatur. Ciconiae vero fimum ex aqua potum comitialibus prodesse creditur. Vulturis suffumigatum fetum excutere traditur. Murinum cum aceto tritum illitumque calvitiei medetur:

νωτῷ δὲ καὶ οἰνομέλιτι πινομένη λίθους ἐκκρίνει· προστιθέμενα δὲ παιδίοις τὰ μυόχοδα κοιλίαν πρὸς ἔκκρισιν ἐρεθίζει· κυνὸς δὲ ἡ ἐν τοῖς κυνοκαύμασι ληφθεῖσα, ξηρὰ πινομένη μεθ' ὕδατος ἢ οἴνου, κοιλίαν ἐφίστησιν· ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων πρόσφατος καταπλασθεῖσα, ἀφλέγμαντα μετὰ τοῦ παρακολλᾶν φυλάττει τὰ τραύματα· ξηρὰ δὲ μετὰ μέλιτος διαχριομένη, ἐπὶ συναγχικῶν βοηθεῖν παραδίδοται· ἡ δὲ τοῦ χερσαίου κροκοδείλου ἁρμόζει ἐπὶ τῶν γυναικῶν πρὸς εὔχροιαν καὶ στίλβωσιν τοῦ προσώπου[26]. *Καλλίστη δὲ ἡ λευκοτάτη*[27] *καὶ εὔθρυβὴς, κούφη τε ὥσπερ ἄμυλον, ταχέως τε χυλουμένη ὑπὸ ὑγροῦ· διατριβεῖσά τε ὕποξυς καὶ ζυμίζουσα τὴν ὀσμήν· δολίζουσι δὲ αὐτὴν, ψᾶρας ὀρύζῃ τρέφοντες καὶ τὴν ἄφοδον ὁμοίαν οὖσαν πωλοῦντες· οἱ δὲ, ἄμυλον ἢ κιμωλίαν φυρῶντες καὶ χροΐζοντες [ἀγχούσῃ]*[28] *δι' ἀραιοῦ κοσκίνου, εἰς ὀλίγον ἀπηθοῦσι, καὶ ξηράναντες ὡς σκωλήκια πολοῦσιν ἀντὶ ταύτης. [ἀνθρώπων δὲ ξηρὰν σὺν μέλιτι φυ-*

26) Ald. *τῶν προσώπων.*

27) E Plinio iam Marc. Vergil. sic loco vulg. *λεπτοτάτη.*

28) Asulan. *ἀγχούσῃ,* ubi Ald. *ἐπ' ὀλίγον.*

cum ture vero et mulso potum calculos expellit. Sed et subditae infantibus muscerdae alvum ad deiectionem lacessunt. Caninum stercus, quod per caniculae ardores exceptum fuerit, aridum cum vino aut aqua potum, alvum cohibet. At humanum recens cataplasmatis vice impositum vulnera ab inflammatione vindicat, simul vero glutinat. Siccum autem cum melle perunctum anginosis auxiliari traditur. Stercus crocodili terrestris mulieribus confert ad colorem faciei nitoremque producendum. Optimum vero, quod candidissimum et friabile, amyli modo leve, in humore statim eliquescit, atque, dum teritur, subacidum est et fermentum redolet. Sunt, qui id vendant adulteratum fimo non dissimili sturnorum, quos oryza paverunt. Alii amylum aut cimoliam subigunt, et adscito colore [anchusae] per rarum cribrum paullatim percolant et siccant, ut vermiculorum specie loco genuini vendant. [Ceterum humanum stercus siccum melle subactum

ραθεῖσαν καὶ ἐπιτεθεῖσαν τῷ λάρυγγι, ὡς καὶ ἡ τοῦ κυνὸς, συναγχικοῖς βοηθεῖν ἐν ἀῤῥήτοις[29] εὕρομεν.][30]

Κεφ. ϟθ'. [Περὶ Οὔρων.] Οὖρον ἀνθρώπου τὸ ἴδιον ποθὲν πρὸς ἐχίδνης δήγματα ἁρμόζει, καὶ πρὸς θανάσιμα καὶ ἀρχομένους ὕδρωπας, καὶ πρὸς δῆξιν τῶν θαλασσίων ἐχίνων[31] καὶ σκορπίου θαλασσίου καὶ δράκοντος ἐπαντλούμενον· τὸ δὲ κυνῶν ἐπάντλημα κυνοδήκτοις· καὶ πρὸς λέπρας καὶ κνησμοὺς σμῆγμα σὺν νίτρῳ· τὸ παλαιὸν σμηκτικώτερον ἀχώρων, πιτύρων, ψωρῶν, ἐκζεσμάτων· νομάς τε ἐπέχει καὶ τὰς ἐν αἰδοίοις· ἐγκλυζόμενον καὶ ὦτα πυοῤῥοοῦντα στεγνοῖ· ἐμβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς σκώληκας, ἑψόμενον ἐν σιδίοις ῥόας· τὸ δὲ τοῦ ἀφθόρου παιδὸς καταῤῥοφούμενον ὀρθοπνοίαις ἁρμόζει· ἑψηθὲν δὲ ἐν χαλκῷ σὺν μέλιτι οὐλὰς καὶ ἄργεμα καὶ ἀχλῦς ἀποσμήχει· κατασκευάζεται δὲ δι' αὐτοῦ καὶ τοῦ κυπρίου χαλκοῦ ἁρμόζουσα ἐπὶ τοῦ χρυσίου κόλλα· ἡ δὲ ὑποστάθμη τοῦ οὔρου καταχρι-

29) Sic cod. Par. apud Goupyl. ἀναντιῤῥήτως. Ald.

30) Uncinis inclusa in Ald. et Goupyli cod.; similia quoque Hermolaus Barbar. iam in versione.

31) Marc. Vergil. et Cornar. e Plinio loco vulg. ἐχιδνῶν.

et gutturi impositum, sicut et caninum, anginosis opitulari in arcanis, aut turpibus etiam invenimus.]

Cap. XCIX. [*De Urinis*] Humanam urinam suam cuique bibere prodest contra viperae morsus et letalia pharmaca, hydropemque incipientem: prodest etiam ea fovere echinorum marinorum, scorpionis itidem marini draconisque ictus. Canina rabidi canis morsibus perfundendis idonea est: lepras quoque et pruritus, nitro addito, exterit. Vetus etiam achoras, furfures, scabiem fervidasque eruptiones potentius extergit, quin et ulcera depascentia, etiam genitalium, coërcet. Purulentis quoque auribus infusa pus condensat, et in malicorio cocta animalcula (quae forte in aures irrepserint) eiicit. Pueri innocentis absorbta urina anhelantibus confert, cocta vero in aereo vase cum melle cicatrices, albugines et caligines emendat. Quinetiam ex ea et aere cyprio idoneum auro ferruminando gluten paratur. Sedimentum urinae erysi-

σθεῖσα ἐρυσιπέλατα παύει· ἀναζεσθεῖσα δὲ σὺν κυπρίνῳ καὶ προστεθεῖσα ὀδύνην ὑστέρας παρηγορεῖ, ὑστερικῶς πνιγομένας κουφίζει, βλέφαρά τε ἀποσμήχει, καὶ οὐλὰς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ἀποκαθαίρει· τὸ δὲ ταύρειον σὺν σμύρνῃ λειανθὲν καὶ ἐνσταγὲν, ὠταλγίας παρηγορεῖ, καὶ τὸ συάγριον δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται δυνάμεως· ἰδιαίτερον δὲ τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτει καὶ ἐκκρίνει πινόμενον· αἰγὸς δὲ ὕδρωπα τὸν ὑπὸ[32] σάρκα πινόμενον μετὰ νάρδου στάχυος καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν ὕδατι κυάθων πλῆθος β' ἄγειν οὖρα καὶ [33] κοιλίαν, ἰᾶσθαι δὲ καὶ ὠταλγίας ἐνσταζόμενον, ὄνου δὲ παραδέδοται νεφριτικοὺς ὑγιάζειν.

Κεφ. ρ'. [Περὶ Λυγγουρίου.] Τὸ δὲ τῆς λυγγὸς, ὃ δὴ λυγγούριον καλεῖται, ἅμα τῷ ἐξουρηθῆναι λιθοῦσθαι (μάτην)[34] πεπίστευται· διὸ καὶ ματαίαν ἔχει τὴν ἱστορίαν· ἔστι γὰρ τὸ καλούμενον ὑπ' ἐνίων ἤλεκτρον πτερυγοφόρον· ὅπερ ποθὲν σὺν ὕδατι στομάχῳ καὶ ῥευματιζομένῃ κοιλίᾳ ἁρμόζει.

32) Mallem ἀνὰ σάρκα legere, cum etiam Marcellus asterisco notaverit: sed dicitur etiam Hippocraticis ὕδρωψ ὑποσαρκίδιος (de morb. 1. p. 447. *Foës.*)

33) Vulgari κατὰ substituit Saracenus e Serap.

34) Inserendum credidit Sarac.

pelata illitu mitigat. Fervefactum cum cyprino appositumque uteri dolorem demulcet, ex utero strangulatas levat, palpebras deterget, et oculorum cicatrices expurgat. Taurinum lotium cum myrrha tritum et instillatum dolores aurium lenit. Aprinum iisdem viribus praeditum est, sed peculiariter vesicae calculos potu comminuit et expellit. Caprinum traditur ad hydropem inter cutem cum spica nardi binisque aquae cyathis quotidie bibitum urinas ducere et alvum, instillatum vero aurium doloribus mederi. Asinino denique ferunt nephriticos sanari.

Cap. C. [*De Lyncurio.*] Lyncis urinam, quam lyncurium appellant, simul ac meiitu rlapidescere, frustra creditum est: ideo et vana, quae de eo fertur, historia. Est enim succinum, quod a nonnullis appellatur pterygophorum, quod potum cum aqua stomacho alvoque fluxione laboranti convenit.

Κεφ. ρα΄. [Περὶ Μέλιτος.] Μέλι πρωτεύει τὸ ἀττικὸν καὶ τούτου τὸ ὑμήττιον καλούμενον, εἶτα τὸ ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Σικελίας, ὑβλαῖον[35] καλούμενον. Ἔστι δὲ δοκιμώτερον τὸ γλυκύτερον καὶ δριμὺ, εὐωδέστερον, ὑπόξανθον, οὐχ ὑγρὸν, ὅλκιμον δὲ καὶ εὔτονον, καὶ ἐν τῷ ἑλκυσθῆναι ἀνατρέχον ὡς ἐπὶ τὸν δάκτυλον. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν, ἀναστομωτικὴν, ὑγρῶν προκλητικήν· ὅθεν ἁρμόζει ἕλκεσι ῥυπαροῖς καὶ κόλποις ἐγκλυζόμενον· ἑψηθὲν δὲ καὶ ἐπιτεθὲν παρακολλᾷ τὰ ἀφεστῶτα σώματα, λειχῆνάς τε θεραπεύει ἑψόμενον μετὰ στυπτηρίας ὑγρᾶς καὶ καταχριόμενον· ἤχους δὲ τοὺς ἐν ὠσὶ[36] καὶ ἀλγήματα σὺν ἁλσὶν ὀρυκτοῖς[37] λείοις ἐνσταζόμενον χλιαρόν· καὶ φθεῖρας καὶ κόνιδας φθείρει καταχριόμενον· λειποδέρμους τε τοὺς μὴ ἐκ περιτομῆς ἀποκαθίστησι, μαλασσομένης τῆς πόσθης τῷ μέλιτι, μάλιστα ἀπὸ βαλανείου, ἐφ᾽ ἡμέρας λ΄· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, καὶ τὰ περὶ βρόγχον καὶ παρίσθμια καὶ συνάγχας, διακλυζόμενον[38] καὶ ἀναγαργαριζό-

35) Vulg. σίμβλιον. Marc. Vergil. multus est, ut probet, aliter legi hic non posse.
36) Marcell. legit in cod. ἥλους ἐν ποσί.
37) Marcell. legit φρυκτοῖς.
38) Marc. Vergil. loco vulg. διαχριόμενον.

Cap. CI. [*De Melle.*] Principem locum obtinet mel atticum, inque eo hymettium dictum, tum quod e Cycladibus insulis petitur, itemque quod e Sicilia, hyblaeum cognomine. Magis probatur dulcius et acre, odoratius, subflavum, minime liquidum, sed ductile firmumque, quodque, dum trahitur, in digitos fere resilit. Vim autem habet abstergentem, oscula vasorum aperientem, humores evocantem, unde in sordida ulcera sinusque commode infunditur. Decoctum ac impositum disiunctas partes agglutinat, lichenibus quoque medetur, coctum cum alumine liquido et illitum. Itemque aurium sonitui et dolori cum sale fossili trito tepidum instillatur. Pediculos ac lendes illitum enecat. Verpis seu curtis glandem, quae citra circumcisionem nudata sit, in integrum restituit, si melle praeputium, a balneo potissimum, ad dies triginta emolliatur: depurgat, quae pupillis caliginem offundunt: gutturis etiamnum et tonsillarum inflammationibus et anginis me-

μενον θεραπεύει· κινεῖ δὲ καὶ οὖρα, καὶ βῆξιν ἁρμόζει, καὶ τοῖς ὑπὸ ἑρπετῶν δηχθεῖσι· καὶ πρὸς μήκωνος πόσιν μετὰ ῥοδίνου θερμὸν λαμβανόμενον, καὶ πρὸς μύκητας καὶ λυσσοδήκτους ἐκλειχόμενον ἢ πινόμενον. Ἔστι μέντοι τὸ ὠμὸν φυσσῶδες κοιλίας καὶ βηχὸς ἐρεθιστικὸν, ὅθεν ἐξηφρισμένῳ δεῖ χρῆσθαι· πρωτεύει δὲ τὸ ἐαρινὸν, εἶτα τὸ θερινόν· τὸ δὲ χειμερινὸν παχύτερον ὂν χεῖρον, [καὶ ἐξανθισμοὺς ποιοῦν][39].

Κεφ. ρβ'. [*Περὶ Μέλιτος ἐν Σαρδωνίᾳ.*] *Τὸ δὲ ἐν Σαρδωνίᾳ γεννώμενον μέλι πικρὸν διὰ τὴν τοῦ ἀψινθίου νομήν· ἁρμόζει δὲ πρὸς ἐφήλιδας καὶ σπίλους τοὺς ἐν προσώπῳ καταχρισθέν.*

Κεφ. ργ'. [*Περὶ Μέλιτος ποντικοῦ.*] *Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ κατά τινας καιροὺς διά τινων ἀνθῶν ἰδιότητα μέλι, ὃ τοὺς φαγόντας ἐξίστησι μετὰ ἐφιδρώσεως· βοηθοῦνται δὲ πήγανον ἐσθίοντες καὶ τάριχος, καὶ οἰνόμελι πίνοντες, ὁσάκις ἂν ἐμέσωσι τὰ αὐτὰ προσφερόμενοι·*

39) Sic Asulan., Cornar., Goupyl. et Sarac.; *ξηρανθέσμους ποιοῦν* cod. C. et Ald.; *ἐριθάκην ὄζον* Hermol. Barb. et Marcell; *ἐρείκην ὄζον* Plinius legisse videtur.

detur, collutu vel gargarismate. Urinas quoque ciet et tussi convenit, ut et iis, quos serpentes momorderint: itemque contra haustum meconium, si cum rosaceo calidum assumatur. Quin et contra fungos (venenatos) et rabidi canis morsus delinctum potumque proficit. Attamen crudum alvum inflat et tussim irritat, qua de causa despumato utendum est. Ceterum primas tenet vernum, dein aestivum: hybernum vero crassius est et deterius [et exanthemata prolicit.]

Cap. CII. [*De melle sardoo.*] Quod in Sardinia gignitur mel, amarum est propter absinthii pastum. Expedit autem adversus maculas solis ardore contractas et alias, quae in facie apparent, illitum.

Cap. CIII. [*De melle pontico.*] Gignitur Heracleae in Ponto quibusdam anni temporibus, ob peculiarem florum nonnullorum indolem, mel, quod, qui comederint, mente alienat cum sudore profuso. His vero succurritur, si rutam ac salsamenta ingesserint, mulsumque biberint, eademque toties resumserint, quoties vomuerint. Acre au-

ἔστι δὲ δριμύ, καὶ πταρμοὺς κατὰ τὴν ὄσφρησιν κινοῦν· θεραπεῦον ἔφηλιν καταχρισθὲν μετὰ κόστου, μετὰ δὲ ἁλὸς, πελιώματα αἶρον.

Κεφ. ρδʹ. [Περὶ Σακχάρου μέλιτος.] Καλεῖται δέ τι καὶ σάκχαρον, εἶδος ὂν μέλιτος ἐν Ἰνδίᾳ καὶ τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ πεπηγότος, εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν καλάμων, ὅμοιον τῇ συστάσει ἁλσὶ, καὶ θραυόμενον ὑπὲρ τοῖς ὀδοῦσι, καθάπερ οἱ ἅλες· ἔστι δὲ εὐκοίλιον, εὐστόμαχον, διεθὲν ὕδατι καὶ ποθὲν· ὠφελοῦν κύστιν κεκακωμένην καὶ νεφρούς· καθαίρει δὲ καὶ τὰ τὰς κόρας ἐπισκοτοῦντα ἐπιχριόμενον.

Κεφ. ρεʹ. [Περὶ Κηροῦ.] Κηρὸς ἄριστος ἐστὶν ὁ ὑπόκιῤῥος καὶ ὑπολίπαρος, εὐώδης τε καὶ ποσὴν μελιτώδη ἀποφορὰν ἔχων, ἔτι δὲ καθαρὸς καὶ γένει ποντικὸς ἢ κρητικός· ὁ δὲ ἔκλευκος, τῇ φύσει δὲ λιπαρὸς, δευτερεύει. Λευκαντέον δὲ κηρὸν οὕτω· κατακνίσας αὐτοῦ τὸ λευκὸν καὶ καθαρὸν[40], ἔμβαλε εἰς χύτραν καινὴν, καὶ ἐπιχέας θαλάσσης πελαγίας τὸ αὔταρκες, ἕψε βραχὺ νίτρον προσεμπάσας· ὅτε δὲ

40) C. λιπαρόν.

tem est et olfactum sternutationem producit. Cum costo illitum maculas a sole contractas emendat, at cum sale sugillata tollit.

Cap. CIV. [*De Saccharo mellis.*] Vocatur et quiddam saccharum, genus nimirum mellis in India et Arabia felici concreti, quod in arundinibus reperitur, quoad molem salem aemulans, ac dentibus etiam salis modo fragile. Facilem id alvum reddit stomachoque utile est, aqua dilutum potumque. Vexatae vesicae renibusque auxiliatur. Quin et illitum ea discutit, quae pupillis tenebras offundunt.

Cap. CV. [*De Cera.*] Cera optima est subfulva, pinguiuscula, odorata et halitum submelleum spirans, insuper pura et genere pontica aut cretica. Secundum locum obtinet exalbida suaque natura pinguis. Candida vero redditur cera hoc modo: Albida eius et pura frusta concisa in ollam novam immitte, infusurus aquae marinae ex alto petitae quantum sufficit, insperso etiam nitri mo-

ἀναζέσει δὶς ἢ τρὶς, καθελὼν τὴν χύτραν καὶ ἐάσας ψυχθῆναι, ἀνελοῦ τὸν τροχίσκον, καὶ ἀποξύσας εἴ τις περὶ αὐτὸν ὑπάρχει ῥυπαρία, ἕψε ἐκ δευτέρου, ἄλλο θαλάσσιον ὕδωρ ἐπιδοὺς, ἀναζέσαντος δὲ πάλιν τοῦ κηροῦ, ὡς δεδήλωται, ἀνελοῦ τὸ ἀγγεῖον ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ λαβὼν καινοῦ χυτριδίου τὸν πυθμένα, προνενοτισμένον ὕδατι ψυχρῷ, κάθες πρᾴως εἰς τὸν κηρὸν, ἀκροθιγῶς ἐμβάπτων[41] πρὸς τὸ ἐλάχιστόν τι αὐτοῦ ἀφέλκεσθαι καὶ καθ' ἑαυτοῦ πήγνυσθαι· ἀνελόμενος δὲ τὸν πρῶτον κυκλίσκον ἀφαιροῦ, καὶ ἐκ δευτέρου κάθες τὸν πυθμένα ψύχων ὕδατι· καὶ τὸ αὐτὸ ποίει, ἕως ἂν ἅπαντα ἀναλάβῃς· λοιπὸν λίνῳ διᾴρας τὰ κυκλίσκια διεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων κρέμασον· ἡμέραν μὲν εἰς ἥλιον συνεχῶς ἐπινοτίζων αὐτά· νυκτὸς δὲ ὑπὸ τὴν σελήνην τίθει, ἕως ἂν λευκὰ γένηται· εἰ δὲ ἄγαν τὶς θέλει λευκὸν ποιῆσαι, τὰ μὲν λοιπὰ ὡσαύτως ἐνεργείτω, ἑψέτω δὲ πλεονάκις· τινὲς δὲ ἀντὶ πελαγίας θαλάσσης, ἐν ἅλμῃ δριμυτάτῃ ἕψουσι τὸν προειρημένον τρόπον ἅπαξ ἢ δίς· εἶτα ἀναιροῦνται λαγηνίῳ λεπτῷ καὶ περιφερεῖ, λαβὴν ἐν ἑαυτῷ ἔχοντι· εἶτα κυκλίσκια ἐπὶ πόας πυκνῆς ἡλιάζουσιν[42], ἕως ἂν λευκότατος

41) C. *θίξει δὲ ὅμοιον ποιῶν.* 42) C. *πιέζουσιν.*

mento. Cumque iterum tertiove efferbuerit, remota olla refrigescere sinito. Tum vero cerae pastillum eximito, derasaque sorde, si quae adhaeserit, alia addita marina iterum coquito: cumque cera denuo, uti praeceptum est, inferbuerit, vas ab igne summoveto, ac novae ollulae fundum prius frigida madefactum leniter in ceram demittito, idemque tantisper facito, dum ceram totam exceperis. Tandem orbiculos filo lineo sublatos ita suspendito, ut a se invicem distent: ac interdiu ipsos assiduo ad solem irrorato, noctu vero lunae exponito, donec omnino albescant. Quodsi ceram candidissimam fieri cupiveris, cetera omnia eodem modo peragito, saepe vero recoquito. Nec desunt, qui vice marinae ex alto petitae in muria acerrima semel aut iterum antedicto modo coquunt: dein laguncula tenui ac tereti, ansam habente, eximunt, postea orbiculos super densa herba dispositos insolant, donec candidissima evaserit. Suadent vero, verno tempore id opus

γένηται· παραινοῦσι δὲ ἔαρος ἐπὶ τοῦτο ἔρχεσθαι, ὅτε καὶ ὁ ἥλιος τῇ σφοδρότητι ἀνεῖται καὶ νοτίδα παρέχει, πρὸς τὸ μὴ τήκεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει πᾶς κηρὸς θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, πληρωτικήν τε μετρίως· μίγνυται δὲ καὶ ἐν ῥοφήμασιν ἐπὶ τῶν δυσεντερικῶν, καταπινόμενος δὲ μεγέθη κεγχριαῖα δέκα, οὐκ ἐᾷ τυροῦσθαι ἐπὶ τῶν τιθηνουσῶν τὸ γάλα.

Κεφ. ρς΄. [Περὶ Προπόλεως.] Πρόπολιν παραληπτέον τὴν ξανθὴν καὶ εὐώδη καὶ στυρακίζουσαν, μαλακήν τε ἐν τῷ ὑπερξήρῳ καὶ μαστίχης τρόπον ἐφελκομένην· ἔστι δὲ θερμαντικὴ ἄγαν καὶ ἐπισπαστικὴ καὶ σκολόπων ἑλκυστική· ἀρήγει δὲ καὶ βηξὶ παλαιαῖς ὑποθυμιωμένη, αἴρει δὲ καὶ λειχῆνας ἐπιτιθεμένη· εὑρίσκεται δὲ περὶ τοῖς στόμασι τῶν σμηνίων, φύσει κηροειδής.

Κεφ. ρζ΄. [Περὶ Πυρῶν.] Πυροὶ πρὸς ὑγείας χρῆσιν ἄριστοι, οἱ πρόσφατοι καὶ τελείως ἡδρηκότες τῇ χρόᾳ μηλίζουσιν· εἶτα μετὰ τούτους οἱ τριμηνιαῖοι, λεγόμενοι δὲ ὑπό τινων σιτάνιοι· ὠμοὶ οὖν βρωθέντες, ἕλμινθας στρογγύλας γεννῶσι· μασσηθέντες δὲ καὶ καταπλασθέντες ὠφελοῦσι κυνοδήκτους· ὁ δὲ ἐκ τῆς σεμιδάλεως αὐτῶν γινόμενος ἄρτος

aggredi, quando sol remissa vehementia rorem humidum subministrat, ne videlicet cera liquescat. Vim autem omnis cera habet calefacientem, mollientem ac (deperditas partes) mediocriter explentem. Additur etiam in sorbitiones dysentericis, ac eius deglutita milii mole grana decem lac in nutricibus in caseum cogi prohibent.

Cap CVI. [*De Propoli.*] Propolis adhibenda flava, odorata ac styracem referens, in summa ariditate mollis et masticbes modo ductilis. Vim vero obtinet vehementer calefacientem, versus cutem trahentem, aculeos quoque corpori infixos excutientem. Sed et in veteri tussi suffita auxiliatur et lichenas imposita tollit. Ceterum circa alvearium ostia reperitur, cerae natura similis.

Cap. CVII. [*De Tritico.*]. Optima e tritici generibus ad secundae valetudinis usum habentur, quae recentia et perfecte adulta colorem luteum referunt: haec sequuntur trimestria, quae nonnullis sitania dicuntur. Cruda illa in cibo sumta lumbricos teretes gignunt, manducata vero et imposita a rabido cane morsis opitulantur. Con-

εὐτροφώτερός ἐστι τοῦ συγκομιστοῦ· ὁ δὲ ἐκ τῶν σιτανίων ἀλεύρων κουφότερος καὶ εὐανάδοτος· τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἄλευρον σὺν ὑοςκυάμου χυλῷ καταπλάσσεται πρὸς νεύρων ῥευματισμοὺς καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων· σὺν ὀξυμέλιτι δὲ φακοὺς αἴρει. Τὸ δὲ πίτυρον σὺν ὄξει δριμεῖ ἑψηθὲν[43] λέπρας ἀφίστησι καταπλασσόμενον θερμὸν, καὶ πάσης φλεγμονῆς ἐν ἀρχῇ κατάπλασμα σύμφορον· μετὰ δὲ πηγάνου ἀφεψήματος μαστοὺς σπαργῶντας[44] παύει καὶ ἐχιοδήκτοις ἁρμόζει καὶ στροφουμένοις. Ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀλεύρων ζύμη, θερμαντικὴ οὖσα καὶ ἐπισπαστικὴ, ἰδίως τὰ ἐν πέλμασι λεπτύνει, καὶ τὰ ἄλλα φύματα καὶ δοθιῆνας σὺν ἁλσὶν ἐκπέσσει καὶ ἀναστομοῖ· τὸ δὲ τῶν σιτανίων πυρῶν ἄλευρον ἰοβόλοις ἁρμόζει καταπλαττόμενον ἐν ὄξει ἢ οἴνῳ· ἑψηθὲν δὲ τρόπον κόλλης καὶ ἐκλειχόμενον αἱμοπτοϊκοὺς[45] ὠφελεῖ, καὶ πρὸς βῆχας καὶ ἀρτηρίας τραχυσμοὺς σὺν ἡδυόσμῳ καὶ βουτύρῳ ἑψηθὲν ποιεῖ. Καὶ ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πυρῶν γῦρις ἑψηθεῖσα

43) In Aldina desunt quae sequuntur ad ἀφεψήματος.
44) Lacuna legit in cod. vetusto χονδριῶντας, sicut infra cap. 127.
45) C. N. αἱμοῤῥαγίας.

fertus eorum similagine panis plenius alit, quam vulgaris cibarius. Qui vero fit e trimestrium farina, levius praebet alimentum, facileque in membra distribuitur. Farina eorum cum hyoscyami succo cataplasmatis instar componitur adversus nervorum fluxiones et intestinorum inflationes; lentigines autem ex aceto mulso delet. Furfures in aceto acri cocti et calentes impositi lichenes removent, expeditumque praebent cataplasma in omni incipiente inflammatione. Cum rutae decocto turgentes mammas compescunt, et morsis a vipera torminosisque conducunt. Farinaceum fermentum, cum calefaciat et versus cutem attrahat, speciatim plantas pedum attenuat, tum alia tubercula, tum etiam furunculos e sale maturat atque aperit. Farina tritici sitanii contra venenatorum ictus ex aceto aut vino commode imponitur. In glutinis modum decocta si delingatur, sanguinem reiicientes adiuvat. Contra tussim et fistulae spiritalis aspritudinem cum mentha et butyro decocta efficax est. Ipsius autem tritici pollen si

σὺν μελικράτῳ ἢ ὑδρελαίῳ πᾶσαν διαφορεῖ φλεγμονήν· καὶ ὁ ἄρτος σὺν μελικράτῳ ἑφθὸς καὶ ὠμὸς καταπλασσόμενος πᾶσαν φλεγμονὴν παραμυθεῖται, μαλακτικώτατος ὑπάρχων καὶ παρυποψύχων, μιγεὶς πόαις ἢ χυλοῖς τισίν· ὁ δὲ παλαιὸς καὶ ξηρὸς καθ' ἑαυτὸν καὶ[46] μιγείς τισιν, ἵστησι κοιλίαν ῥέουσαν· ἅλμη δὲ βραχεὶς ὁ πρόςφατος καὶ καταπλασθεὶς παλαιοὺς λειχῆνας ἰᾶται· κόλλα δὲ ἡ γινομένη ἐκ τῆς σεμιδάλεως ἢ γύρεως πρὸς τὴν τῶν βιβλίων κόλλησιν, ἁρμόζει ἐπὶ αἱμοπτοϊκῶν, ὑγροτέρα καὶ χλιαρὰ καταῤῥοφουμένη, κοχλιαρίου πλῆθος.

Κεφ. ρη'. [Περὶ Κριθῆς.] Κριθὴ δὲ ἀρίστη καὶ λευκὴ[47] καὶ καθαρὰ, ἀτροφωτέρα δὲ πυροῦ· τοῦ μέντοι γινομένου ἐξ αὐτῆς ἀλφίτου ἡ πτισάνη τροφιμωτέρα, διὰ τὴν ἐν τῇ ἑψήσει χύλωσιν· ποιοῦσα δὲ πρὸς τὰς δριμύτητας καὶ τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας καὶ ἑλκώσεις, πρὸς ἃς καὶ ἡ πυρίνη πτισάνη ἁρμόζει, τροφιμωτέρα καὶ οὐρητικωτέρα

46) Lacuna καὶ addit in vulg. exempl. omissum.
47) C. N. add. στυφή.

ex aqua mulsa aut hydrelaeo decoquatur, omnem discutit inflammationem. Sed et panis tum crudus, tum etiam coctus, ex aqua mulsa impositus, inflammationem omnem eblanditur, quippe qui plurimum emolliat et quadantenus refrigeret, maxime si herbis succisque quibusdam miscetur. Vetus autem panis aridusque tum per se tum quibusdam admixtus alvi profluvia sistit. Recens muria maceratus ac impositus lichenes inveteratos sanat. Gluten denique, quod e similagine aut polline conficitur ad glutinandos libros, sanguinem reiicientibus prodest, si liquidius ac tepidum cochlearis mensura ad sorbendum exhibetur.

Cap. CVIII. [*De Hordeo.*] Hordeum optimum candidum est et purum. Minus autem, quam triticum, alit. Quae ex polenta eius conficitur ptisana plus alimenti praebet, propter succi proprii in coctione extractionem. Facit autem ea adversus acrimonias, fistulae spiritalis asperitates et ulcerationes: ad quas itidem convenit triticea ptisana, quae quidem et plus alit et potentius lotium ducit.

οὖσα· κατασπᾷ δὲ καὶ γάλα συνεψηθεῖσα μαράθρου σπέρματι καὶ ῥοφουμένη· ἔστι δὲ οὐρητικὴ, σμηκτικὴ, φυσσώδης, κακοστόμαχος, συμπεπτικὴ[48] οἰδημάτων. [Ποιήσεις δὲ πτισάνην οὕτως· τὴν κριθὴν πτίσσας ξήρανον ἐν ἡλίῳ καὶ αὖθις πτίσσας ξήρανον· ἀποτιθέμενος δὲ αὐτὴν παρέμπαττε αὐτῇ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς λεπτὸν ἐν ταῖς πτίσσεσι, διατηρήσει γὰρ αὐτήν· ὅτι ἡ πτισάνη ὑγροτέρα λαμβανομένη τροφιμωτάτη ἐστίν· ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ δέκατον τοῦ τῶν κριθῶν μέρους. ἔμπαττε δὲ καὶ ἁλῶν ἀτρίπτων][49]. Διαφορεῖ δὲ τὸ ἄλευρον αὐτῆς μετὰ σύκων καὶ μελικράτου ἑψηθὲν ἀποστήματα[50] καὶ φλεγμονάς· συμπέσσει δὲ καὶ τὰς σκληρίας μετὰ πίσσης καὶ ῥητίνης καὶ περιστερᾶς κόπρου· σὺν μελιλώτῳ δὲ καὶ κωδίαις ἀνωδυνίαν παρέχει τοῖς πλευρὰν ἀλγοῦσι· καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ἐντέρων μετὰ λινοσπέρμου καὶ τήλεως καὶ πηγάνου· μετὰ δὲ πίσσης ὑγρᾶς καὶ κηροῦ καὶ οὔρου παιδὸς ἀφθόρου καὶ ἐλαίου, χοιράδας ἐκπέπτει· σὺν μυρσίνῃ δὲ ἢ οἴνῳ, ἢ ἀχράσιν ἢ βάτῳ

48) C. N. add. καὶ ξηραντική.
49) In nothis ad Asulan. et Cornar. Cf. Galen. de facult. alim. lib. 1. p. 310. ed. Basil. Geopon. 3, 9.
50) Sic C. N.; οἰδήματα vulgo.

Lactis vero ubertatem praestat, si cum foeniculi semine cocta sorbeatur. Urinam porro ciet hordeum, abstergit, flatus producit, stomacho adversatur, et oedemata concoquit. [Ptisanam autem tali modo parabis. Postquam pinsueris hordeum, sicca ad solem, iterumque pinsens denuo sicca. Repositurus eam insperge tenue recrementum ex ea, dum pinseretur, genitum: tum enim diutius servabitur. Ptisana humidior sumta plus alimenti praebet. Sit autem aquae decies tantum, quantum hordei. Inspergere etiam licet salium crudorum aliquid.] Ipsius farina cum ficubus et aqua mulsa decocta abscessus et inflammationes discutit. Quin et duritias concoquit cum pice, resina et stercore columbino. Cum meliloto vero et papaveris capitibus dolorem lateris sedat: adversus intestinorum inflationes cum lini semine, foeno graeco et ruta imponitur. Strumas cum pice liquida, cera, urina pueri innocentis et oleo ad coctionem perducit: cum myrto aut vino aut

ἢ σιδίοις κοιλίας ῥεύματα ἵστησι· σὺν κυδωνίῳ δὲ ἢ ὄξει ποδαγρικὰς φλεγμονὰς ὠφελεῖ· ἑψηθὲν δὲ μετὰ ὄξους δριμέως, ὃν τρόπον ὠμήλυσις, καὶ θερμὸν ἐπιτιθέμενον, λέπρας ὑγιάζει· χυλωθὲν δὲ τὸ ἄλευρον σὺν ὕδατι καὶ ἑψηθὲν σὺν πίσσῃ καὶ ἐλαίῳ πυοποιόν ἐστι· σὺν ὄξει δὲ χυλωθὲν καὶ ἑψηθὲν μετὰ πίσσης, πρὸς τὰ τῶν ἄρθρων ῥεύματα ἁρμόζει. Τὸ ἐξ αὐτῶν ἄλφιτον[51a] κοιλίας σταλτικὸν καὶ φλεγμονῶν πραΰντικόν.

Κεφ. ρθ΄. [Περὶ Ζύθου.] Ζύθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς· ἔστι δὲ διουρητικὸς, καὶ νεφρῶν καὶ νεύρων ἁπτικὸς, καὶ μάλιστα μηνίγγων κακωτικός· πνευματωτικός τε καὶ γεννητικὸς κακοχυμιῶν, καὶ ἐλεφαντιάσεως ποιητικός· εὐεργὴς δὲ καὶ ὁ ἔλεφας[51b] γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ.

Κεφ. ρι΄. [Περὶ Κούρμιθος.] Καὶ τὸ καλούμενον δὲ κοῦρμι, σκευαζόμενον ἐκ τῆς κριθῆς, ᾧ καὶ ἀντὶ οἴνου πόματι πολλάκις χρῶνται, κεφαλαλγές ἐστι καὶ κακόχυμον καὶ

51 a) Ἄλφιτον loco vulgaris ἄλευρον ponendum esse, e Plinio suadet Sarac. Congruit Galen. Quid Serapion legerit, non liquet: ἄλφιτον enim iuxta ac ἄλευρον *farinam hordei* vertunt.

51 b) Ald. et Asul. ἔλαφος.

pyris sylvestribus, aut rubo aut malicorio alvi profluvia sistit: podagricis inflammationibus cum cydonio malo aut aceto prodest. Decocta in acri aceto eodem modo, quo et farina cruda, et calens apposita, lepris medetur. Farinae vero cremor cum pice et oleo decoctus puri movendo commodus est. Ille idem ex aceto elicitus si cum pice coquatur, contra articulorum fluxiones prodest. Polenta denique hordeacea cohibet alvum mitigatque inflammationes.

Cap. CIX. [*De Zytho.*] Zythum ex hordeo paratur. Ea quidem urinas ciet, renes ac nervos aggreditur, sed meninges potissimum laedit, flatus copiosos parit vitiososque humores, et elephantiasin ipsam producit. Tractabile ebur redditur eo maceratum.

Cap. CX. [*De Curmi.*] Fit et ex hordeo potus, quem curmi nominant, eoque saepenumero pro vino utuntur. Sed dolori capitis favet et humorum vitiis, nervos

τοῦ νεύρου βλαπτικόν· σκευάζεται δε καὶ ἐκ πυρῶν τοιαῦτα πόματα, ὡς ἐν τῇ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ καὶ Βρεττανίᾳ.

Κεφ. ρια΄. [Περὶ Ζειᾶς.] Ζειὰ διττή· ἡ μὲν γὰρ ἁπλῆ, ἡ δὲ δίκοκκος καλεῖται, ἐν δυσὶν ἐλύτροις ἔχουσα συνεζευγμένον τὸ σπέρμα· ἔστι δὲ τροφιμωτέρα μὲν κριθῆς, εὔστομος[52]· ἀτροφωτέρα δὲ πυρῶν ἀρτοποιουμένη.

Κεφ. ριβ΄. [Περὶ Κρίμνου.] Κρίμνον ἁδρότερόν ἐστι τῇ κατεργασίᾳ τοῦ ἀλεύρου, γινόμενον ἔκ τε ζειᾶς καὶ πυροῦ, ἐξ οὗ ὁ πόλτος γίνεται· ἔστι δὲ ἱκανῶς τρόφιμον καὶ εὐκατέργαστον· σταλτικώτερον δὲ κοιλίας τὸ ἀπὸ τῆς ζειᾶς, μάλιστα προφωχθείσης.

Κεφ. ριγ΄. [Περὶ Ὀλύρας.] Καὶ ἡ ὄλυρα δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῆς ζειᾶς, ἀτροφωτέρα δὲ κατὰ ποσὸν ἐκείνης· ἀρτοποιεῖται δὲ καὶ αὐτή· καὶ κρίμνον ἐξ αὐτῆς ὡσαύτως γίνεται.

Κεφ. ριδ΄. [Περὶ Ἀθήρας.] Ἀθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται· ἔστι δὲ ῥόφημα ὡς

52) Sic codices plerique, Oribasius et Serapion; *εὐστόμαχος* ex Galeno praeferunt Lacuna et Cornarus.

quoque offendit. Parantur et similia potus genera e tritico, quemadmodum in Iberia occidentali et Britannia.

Cap. CXI. [*De Zea.*] Zea duplex est, altera simplex, altera bina ferens grana, quae semen in duplici tegmine coniunctum gerit. Plus quam hordeum alit, sapori grata, in panificia vero digesta minus, quam triticum, alit.

Cap. CXII. [*De Farina crassiore.*] Crassior farina dicitur *crimnon*, e zea et tritico parata, e qua puls vulgaris fit. Abunde alit et facile conficitur, sed alvum fortius astringit, si zea praeprimis ante frixa fuerit.

Cap. CXIII. [*De Olyra.*] Eiusdem cum zea generis est et olyra, sed aliquanto minus, quam illa, nutrit. Attamen et in panes cogitur, et farina crassior ex ea similiter conficitur.

Cap. CXIV. [*De Athera.*] Athera (puls fritilla, *Plin.*) e zea tenuissime molita paratur. Est autem sorbi-

πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἁρμόδιον. ποιεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα [πραΰντικά τε καὶ πυοποιά.][53]

Κεφ. ριε΄. [Περὶ Τράγου.] Τράγος τὸ σχῆμα μὲν παραπλησίως τῷ χόνδρῳ ἔοικεν· ἀτροφώτερος δὲ παρὰ πολὺ ζειᾶς διὰ τὸ πολὺ ἔχειν τὸ ἀχυρῶδες· διὸ καὶ δυςκατέργαστός ἐστι καὶ κοιλίας μαλακτικός.

Κεφ. ρις΄. [Περὶ Βρώμου.] Βρῶμος πυροῖς ὅμοιός ἐστι καλάμῳ καὶ φύλλοις[54], γόνασι δὲ διειλημμένος· καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ᾽ ἄκρῳ, ὥςπερ ἀκρίδια[55] δίκωλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα, ὡς ἡ κριθή· καὶ πόλτος δὲ ἐξ αὐτοῦ γίνεται σταλτικὸς κοιλίας· ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ χυλὸς ῥοφούμενος βήσσουσιν ἁρμόζει.

Κεφ. ριζ΄. [Περὶ Ὀρύζης.] Ὄρυζα τῶν σιτηρῶν ἐστιν εἶδος, φυομένη ἐν ἑλώδεσι τόποις καὶ ὑγροῖς[56]· τρόφιμος δὲ μετρίως καὶ κοιλίας σταλτική.

Κεφ. ριη΄. [Περὶ Χόνδρου.] Ὁ δὲ χόνδρος γίνεται μὲν ἐκ τῆς καλουμένης δικόκκου ζειᾶς, τροφιμώτερος δὲ ὀρύζης,

53) Unciriis inclusa satis apta habet cod. C.

54) Solito audacior, e Serapionis auctoritate (c. 126.), textum sic mutavi. Vulgo: Βρῶμος κάλαμός ἐστι πυροῖς ὅμοιος καὶ τοῖς φύλλοις. Haec enim lectio avenam fecerit arundinis speciem.

55) Pessime Salmas. (proleg. ad hyl. iatr. p. 23.) suasit ἄκρεα.

56) C. Αἰγύπτου.

tio liquidae pulticulae instar, infantibus conveniens. Idonea quoque est ad cataplasmata [lenientia et pus moventia.]

Cap. CXV. [*De Trago.*] Tragus formam quidem habet alicae similem, sed minus, quam zea, nutrit, quia acerosus est, quare aegre quoque conficitur, sed alvum mollit.

Cap. CXVI. [*De Avena.*] Avena tritico similis quoad culmum et folia, illo etiam geniculis distincto. Fructum vero in cacumine gerit quasi locustas parvas bimembres, in quibus semen pariter ut hordeum ad cataplasmata utile. Quin et ex ipso puls paratur, alvi sistendae vi praedita. Eius vero cremor tussientibus sorbitione prodest.

Cap. CXVII. [*De Oryza.*] Oryza frumentorum genus est, quae palustribus et udis locis nascitur. Mediocriter alit, alvumqne sistit.

Cap. CXVIII. [*De Alica.*] Alica fit e zea dicocco dicta: potentius, quam oryza, et alit, et alvum cohibet, sed

στεγνωτικώτερος[57] κοιλίας, εὐστομαχώτερος δὲ μᾶλλον· αἴρει δὲ καὶ λέπρας σὺν ὄξει ἑψηθεὶς καὶ καταχρισθεὶς, καὶ λεπροὺς ὄνυχας ἀφίστησι καὶ αἰγιλώπια ἀρχόμενα θεραπεύει· ἔγκλυσμά τε τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ τοῖς μετὰ ἀλγήματος δυσεντερικοῖς εὔθετον. [Γίνεται δὲ χόνδρος οὕτως· ζειᾶς πτιστέον καὶ βρακτέον καὶ ἐμβλητέον θερμῷ ὕδατι καὶ συνεκπιεστέον· ἔπειτα κοπτέον γύψον λευκὸν καὶ εἰς λεπτὸν σηστέον· εἶτα ἄμμου τῆς λευκοτάτης καὶ λεπτοτάτης τὸ τέταρτον σὺν γύψου μέρει κατ' ὀλίγον μίξας, αὖθις ἐπίπασσε τῇ ζειᾷ· σκευαστέον δὲ ἐν ταῖς ὑπὸ κύνα ἡμέραις, ἵνα μὴ ὀξύσῃ· ἐπὰν δὲ ἅπας ἐπιπασθῇ κοσκινισθήτω ἁδρότερον. Κάλλιστος δὲ ὁ πρότερον σηθεὶς γίγνεται χόνδρος, δεύτερος δὲ ὁ ἐπὶ τούτῳ, καὶ τρίτος ἐλάττων.][58]

Κεφ. ριθ'. [Περὶ Κέγχρου.] Κέγχρος [Ῥωμαῖοι μίλιουμ] ἀτροφωτέρα τῶν λοιπῶν σιτηρῶν ἀρτοποιηθεῖσα· ὥσπερ πόλτος δὲ σκευασθεῖσα κοιλίαν ἵστησιν, οὖρα δὲ κινεῖ· φωχθεῖσα δὲ καὶ βληθεῖσα εἰς σάκκους πυριωμένη, στρόφων καὶ τῶν ἄλλων ἀλγημάτων ἐστὶ βοήθημα.

57) Oribas. στεγνωτικός. Paull. Aeg. 1, 78. ὁ δὲ ἄλιξ, τὰ μὲν ἄλλα χόνδρῳ παρέοικεν, μᾶλλον δὲ γαστρός ἐστιν ἐφεκτικός.

58) Uncinis inclusa e nothis Asulan. et Cornar., desunt in reliquis. Cf. Geopon. 3, 7.

stomacho longe utilior. Decocta in aceto illitaque lepras tollit et ungues scabros abigit et aegilopiis incipientibus medetur. Eius decoctum dysentericis dolore vexatis infusum idoneum est. [Conficitur autem alica sequenti modo: Pistam zeam et agitatam aqua calida iniicito et exprimito. Tum tusum gypsum album tenaciter cribrato. Dein arenae candidissimae et subtilissimae quartam partem cum una gypsi sensim misceas, quae inspergito. Diebus vero canicularibus parator, ne acescat. Quando autem omnis inspersa fuerit arena, crassius cribro traiicito. Optima vero est alica, quae primo cribrum transierit, secunda, quee sequitur, tertia vilior.]

Cap. CXIX. [*De Milio.*] Milium ceteris frugibus minus alit ad panificia sumtum. Sed si pultis instar praeparatur, alvum sistit, urinas autem movet. Tostum vero et in sacculos inditum, fotu torminibus aliisque doloribus opitulatur.

Κεφ. ρκ'. [Περὶ Ἐλύμου.] Ἔλυμος [Ῥωμαῖοι πάνικουμ], οἱ δὲ μελίνην, τῶν σιτηρῶν ἐστι σπερμάτων, κέγχρῳ ὁμοία· ὡςαύτως σιτοποιουμένη καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ ἁρμόζουσα, ἀτροφωτέρα μέντοι τῆς κέγχρου καὶ ἧττον στυπτική.

Κεφ. ρκα'. [Περὶ Σησάμου.] Σήσαμον κακοστόμαχον καὶ δυςωδίας στόματος ποιητικὸν, ὁπόταν βιβρωσκόμενον ἐμμείνῃ μεταξὺ τῶν ὀδόντων· καταπλασθὲν δὲ διαφορεῖ τὰς ἐν νεύροις παχύτητας καὶ τὰ ἐν ὠσὶ θλάσματα καὶ φλεγμονὰς καὶ πυρίκαυστα καὶ κώλων ἀλγήματα, καὶ κεράστου[59] δῆγμα θεραπεύει· σὺν ῥοδίνῳ δὲ κεφαλῆς ἀλγήματα ἐξ ἐγκαύσεως γινόμενα παραμυθεῖται· ἡ δὲ πόα καθεψηθεῖσα ἐν οἴνῳ τὰ αὐτὰ ποιεῖ· μάλιστα δὲ φλεγμοναῖς ὀφθαλμῶν καὶ περιωδυνίαις ἁρμόζει· γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτοῦ, ᾧ οἱ Αἰγύπτιοι χρῶνται.

Κεφ. ρκβ'. [Περὶ Αἴρας.] Αἶρα, οἱ δὲ θύαρος [Ῥωμαῖοι λόλιουμ], ἡ γινομένη ἐν τοῖς πυροῖς[60], ἀλεσθεῖσα δύναμιν ἔχει περιχαρακτικὴν νομῶν καὶ σηπεδόνων καὶ γαγγραί-

59) Marcell. et Lacun. legerunt in codd. *ἀσκαλαβότου*, sed Serapion, ut vulgo. Lacuna addit, se legisse etiam *κωνώπων*.
60) C. *γεννωμένη ἐν τῷ σίτῳ*.

Cap. CXX. [*De Panico.*] Panicum, quod alii melinen appellant, e cerealibus est seminibus, milio simile, eodemque modo ad cibum paratur, eidem usui idoneum. Attamen milio et minus nutrit, et minus astringit.

Cap. CXXI. [*De Sesamo.*] Sesamum stomacho nocet, et gravem halitui odorem contrahit, si quando commanducatum dentium interstitiis adhaeserit. Cataplasmatis vice impositum discutit crassitiem in nervis; aurium contusionibus et inflammationibus, ambustis item et coli doloribus cerastisque morsui medetur. Capitis dolores ex ardore contractos cum rosaceo lenit. Sed et herba in vino cocta eadem praestat, maxime autem oculorum inflammationibus doloribusque prodest. Fit denique ex ipso oleum, quo Aegyptii utuntur.

Cap. CXXII. [*De Lolio.*] Lolium, quod nonnulli thyaron dicunt, quodque inter triticeas nascitur segetes, molitum ulcera depascentia, putrescentia et gangraenam

νης, μετὰ ῥαφάνων καὶ ἁλῶν καταπλασσομένη, καὶ λειχῆνας ἀγρίους καὶ λέπρας σὺν θείῳ ἀπύρῳ καὶ ὄξει θεραπεύει· σὺν κόπρῳ δὲ περιστερᾶς καὶ λινοσπέρμῳ ἑψομένη ἐν οἴνῳ, χοιράδας διαλύει, καὶ τὰ δύςπεπτα ῥήσσει· ἰσχιαδικούς τε σὺν μελικράτῳ ἑψηθεῖσα καὶ καταπλασσομένη ὠφελεῖ· σὺν ἀλφίτῳ δὲ ἢ σμύρνῃ ἢ κρόκῳ ἢ λιβανωτῷ ὑποθυμιωμένη, συνεργεῖ ταῖς συλλήψεσιν.

Κεφ. ρκγ΄. [Περὶ Ἀμύλου.] Ἄμυλον ὠνόμασται διὰ τὸ χωρὶς μύλου κατασκευάζεσθαι· ἄριστον δέ ἐστι τὸ σκευαζόμενον ἐκ πυροῦ σιτανίου, κρητικὸν δὲ ἢ αἰγύπτιον· σκευάζεται δὲ ἐκ πυροῦ σιτανίου καθαροῦ, βρεχομένου πεντάκις τῆς ἡμέρας, εἰ δυνατὸν δὲ, καὶ τῆς νυκτός· ὅταν δὲ μαλακὸς γένηται, δεῖ πραέως τὸ ὕδωρ ἐκχεῖν, χωρὶς τοῦ κινεῖν, ἵνα μὴ συνεκκλύζηται τὸ νόστιμον· ἐπὰν δὲ παραστῇ μαλακώτατος γενόμενος, ἀποχέας τὸ ὕδωρ τρίβειν τοῖς ποσὶν, εἶτα ὕδωρ ἐπιχέοντας τρίβειν· εἶτα ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐφιστάμενον[61] πίτυρον ἠθμῷ[62], καὶ τὸ λοιπὸν διηθήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς

61) Sarac. recte, loco vulg. ὑφιστάμενον. Galen. comm. 2. in libr. de artic. p. 606. ed. Basil. ὅταν ἀφαιρεθῇ τὸ πιτυρῶδες ἐπάνω. Serap. c. 29. *quod nataverit super aquam ex furfure.*

62) Marc. ἰσθμῷ sphalma.

emarginandi vim habet, si cum raphanis et sale imponitur. Feros quoque lichenes et lepram cum sulfure vivo et aceto sanat. At cum fimo columbino et lini semine decoctum in vino, strumas resolvit, et quae aegre maturantur, rumpit. Ischiadicis cum aqua mulsa coctum et cataplasmatis vice adhibitum prodest. Quodsi cum polenta, myrrha, croco aut ture suffiatur, conceptiones adiuvat.

Cap. CXXIII. [*De Amylo.*] Amylum appellatum ab eo est, quod sine mola fiat. Optimum, quod e trimestri paratur tritico, creticum aut aegyptiacum. Conficitur vero e tritico trimestri mundo, quinquies per diem ac, si fieri potest, etiam per noctem aqua perfuso: atque, ubi emollitum fuerit, sensim aquam citra agitationem effundi oportet, ne simul utilior succus excludatur. At, quando mollissimum evasisse constiterit, effusa aqua pedibus calcari oportet, dein infusa alia teri. Quo facto

υλιστῆρα διϋλίσαντάς τε εὐθέως ψύχειν ἐπὶ κεραμίδων καινῶν ἐν ἡλίῳ ὀξυτάτῳ· ἔνικμον γὰρ κἂν ἐπ' ὀλίγον μείνῃ, ὀξίζει· ποιεῖ δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ κοιλότητας καὶ φλυκταίνας· στέλλει δὲ καὶ αἵματος ἀναγωγὰς πινόμενον, καὶ τὰς[63] περὶ ἀρτηρίαν πραΰνει· μίγνυται δὲ καὶ γάλακτι καὶ προσοψήμασι· σκευάζεται δὲ καὶ ἐκ ζειᾶς βραχείσης καὶ πλυθείσης πρὸς μίαν ἢ δευτέραν ἡμέραν καὶ σταιτὸς[64] τρόπον ἀποθλιβείσης διὰ τῶν χειρῶν καὶ ξηρανθείσης ἐν ὀξυτάτῳ ἡλίῳ, ὡς προείρηται· τὸ δὲ τοιοῦτον ἄθετον μὲν πρὸς ἰατρικὴν χρῆσιν, πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ εὔθετον.

Κεφ. ρκδ΄. [Περὶ Τήλεως ἀλεύρου.] Τῆλις [οἱ δὲ τήλεως καρπὸς[65], οἱ δὲ βούκερως, οἱ δὲ αἰγόκερως, οἱ δὲ κεραΐτις, οἱ δὲ λωτὸν, Ῥωμαῖοι φαίνουμ γραίκουμ, Αἰγύπτιοι ἴτασιν] καὶ τὸ ἐκ τῆς τήλεως ἄλευρον, μαλακτικὴν καὶ διαχυτικὴν ἔχει δύναμιν· καταπλασσόμενον δὲ λεῖον σὺν μελικράτῳ ἑφθὸν[66] ποιεῖ πρὸς φλεγμονὰς τὰς ἐντὸς καὶ ἐκτός·

63) τραχύτητας legit Serap... πρὸς l. τὰς apud Asulan. et Marcell. est sphalma. 64) Hermol. legit στέατος, perperam.
65) Marc. Vergil. legit etiam κάρφος.
66) Sic Lacun., ἑφθῷ vulgo.

innatantes furfures cribro excipiendi, quod vero superest, percolaturi in colum coniicitor, mox autem, ut excolatum est, super tegulis novis, ardentissimo sub sole siccari oportet. Namque si subudum manserit, acescit. Facit autem contra oculorum fluxiones, cava ulcera et pustulas. Sanguinis insuper reiectiones potu cohibet et fistulae spiritalis (affectus) mitigat: lacti quoque et obsoniis admiscetur. Paratur et amylum e zea macerata elotaque ad unum alterumve diem, et massae triticeae in modum manibus subacta, tandemque ferventissimo in sole, uti dictum est, exsiccata. Sed huiusmodi haud aptum est ad medicum usum, ad reliqua vero idoneum.

Cap. CXXIV. [*De Foeni graeci farina.*] Foenum graecum [alii eius fructum, alii buceros aut aegoceros, alii ceraïtin, lotum etiam, Aegyptii denique itasin vocant] ipsiusque farina molliendi ac dissipandi vim habent. Hac tenuiter contrita ac cum aqua mulsa cocta cataplasmatis modo adversus inflammationes et internas et externas

σὺν νίτρῳ δὲ καὶ ὄξει λεῖον καταπλασθὲν, σπλῆνα μειοῖ· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ἐγκάθισμα εἰς τὰ γυναικεῖα, ὅσα κατὰ φλεγμονὰς ἢ μύσιν συνίσταται· σμήχει δὲ καὶ τρίχας καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας τὸ ἀπόθλιμμα αὐτῆς ἐν ὕδατι ἑψηθείσης· σὺν στέατι δὲ χηνείῳ προςτίθεται ἀντὶ πεσσοῦ, μαλάσσον καὶ ἀνευρῦνον τοὺς περὶ τὴν ὑστέραν τόπους· χλωρὰ δὲ μετ' ὄξους ἀτονοῦσι τόποις καὶ εἱλκομένοις ἁρμόζει· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς πρὸς τεινεσμοὺς καὶ δυςώδη ὑποχωρήματα δυςεντερικά· τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ἔλαιον μετὰ μυρσίνης σμήχει τρίχας οὐλάς τε τὰς ἐν αἰδοίοις.

Κεφ. ρκέ. [*Περὶ Λίνου.*] *Λίνον [οἱ δὲ λινοκαλαμὶς, οἱ δὲ ἄννον*[67]*, οἱ δὲ λίνον ἄγριον, Ῥωμαῖοι λινόμυρουμ, οἱ δὲ λίνουμ ἀγρέστεμ, Ἀφροὶ ζεραφοῖς] γνώριμον· δύναμιν δὲ ἔχει τὸ σπέρμα τὴν αὐτὴν τῇ τήλει, διαφοροῦν καὶ μαλάσσον πᾶσαν φλεγμονὴν ἐντός τε καὶ ἐκτὸς, σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι ὀλίγῳ ἑψηθὲν, ἢ ἑφθῷ μέλιτι ἀναληφθέν· αἴρει δὲ καὶ ἐφήλεις ὠμὸν καὶ ἰόνθους σὺν νίτρῳ καταπλα-*

67) Marcell. *ἅμμα* coniecit.

utiliter imponitur. Cum nitro vero et aceto trita et imposita lienem extenuat. Decoctum foeni graeci feminarum malis ex inflammatione matricis ac praeclusione natis insessu subvenit. Abstergit et capillos et furfures at achores cremor eius expressus in aqua cocti. Cum adipe vero anserino pessi vice subditur ad emolliendos dilatandosque locos muliebres. Viride cum aceto imbecillibus ulceratisque locis est accommodatum. Ipsius decoctum prodest adversus tenesmos et foetidas in dysenteria deiectiones. Quod denique ex eo exprimitur oleum, cum myrto capillos abstergit et genitalium cicatrices exterit.

Cap. CXXV. [*De Lino.*] Linum [quod alii linocalamin, alii annon, aut agreste linum, Romani linomyrum, Aegyptii zeraphois appellant] vulgo notum est, cuius semen easdem habet, quas foenum graecum, vires. Discutit enim et emollit omnem et externam et internam inflammationem, cum melle, oleo et aqua exigua coctum, aut melle cocto exceptum. Tollit et ephelides et varos, si crudum cum nitro et ficubus imponitur. Cum lixivio

σθὲν καὶ σύκοις· σὺν κονίᾳ[68] δὲ παρωτίδας καὶ σκληρίας διαφορεῖ· ἕρπητάς τε σὺν οἴνῳ ἑψηθὲν καὶ κηρία ἐκκαθαίρει· ὄνυχάς τε λεπροὺς ἀφίστησι σὺν καρδάμῳ ἴσῳ καὶ μέλιτι· ἀνάγει δὲ καὶ τὰ ἐκ θώρακος, σὺν μέλιτι ἀντὶ ἐκλεικτοῦ ληφθὲν, καὶ βῆχας παρηγορεῖ· παρορμᾷ δὲ καὶ πρὸς ἀφροδίσια, μιγὲν μέλιτι καὶ πεπέρει ἀντὶ κοπτῆς πολὺ λαμβανόμενον· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ ἐνίεται πρὸς ἐντέρων καὶ ὑστέρας δηγμοὺς καὶ ἐκκομιδὴν περιττωμάτων· καὶ φλεγμονὰς τὰς ἐν μήτρᾳ εἰς ἐγκάθισμα, ὥςπερ τὸ τῆς τήλεως εὐχρηστεῖ.

Κεφ. ρκϛ΄. [Περὶ Ἐρεβίνθου.] Ἐρέβινθος[69] ὁ ἥμερος εὐκοίλιος, οὐρητικὸς, πνευμάτων γεννητικὸς, εὐχροίας περιποιητικὸς, καταμηνίων ἀγωγὸς καὶ ἐμβρύων καὶ γάλακτος γεννητικός· καταπλάσσεται δὲ μάλιστα σὺν ὀρόβοις ἑφθὸς πρὸς ὄρχεων φλεγμονὰς καὶ μυρμηκίας, πρός τε ψώρας καὶ ἀχῶρας καὶ λειχῆνας καὶ τὰ καρκινώδη ἕλκη καὶ κακοήθη σὺν κριθῇ καὶ μέλιτι. Καλεῖται δὲ τὸ ἕτερον αὐτῶν εἶδος

68) Ald. συκίνῃ κονίᾳ.
69) C. Ῥωμαῖοι κίκερ.

vero parotidas duritiasque discutit, herpetas et favos cum vino coctum expurgat. Ungues scabros removet cum tantodem lepidii mellisque. Educit quoque quae intra pectus haerent, cum melle eclegmatis vice sumtum, ac tussim etiam lenit. Stimulat et venerem, si melli et piperi placentae ad modum mixtum largius sumatur. Quin et eius decoctum adversus intestinorum matricisque erosiones, itemque ad evocanda alvi excrementa infunditur. Uteri denique inflammationibus, aeque ac foeni graeci semen, insessu perquam est utile.

Cap. CXXVI. [*De Cicere.*] Cicer sativum alvum facit bonam, urinam ciet, flatus gignit, colorem bonum cuti conciliat, menses fetusque expellit, et lactis secretioni favet. Maxime cum ervis coctum cataplasmatis vice imponitur ad testium inflammationes et verrucas, quae formicae dicuntur, itemque ad scabiem, achores, lichenes, nec non ad ulcera cancrosa et maligna cum hordeo et melle. Alterum ciceris genus vocatur arietinum. Utrum-

κριός[70]· ἀμφότεροι δέ εἰσι διουρητικοὶ, διδομένου πρὸς ἴκτερον καὶ ὕδρωπα τοῦ ἀφεψήματος αὐτῶν σὺν λιβανωτίδι, βλάπτουσι δὲ καὶ κύστιν ἑλκωμένην καὶ νεφρούς· πρὸς δὲ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας, νεομηνίας οὔσης, ἔνιοι ἑκάστης ἐξοχῆς ἐρεβίνθῳ ψαύοντες ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, εἴς τε ὀθόνην ἀποδήσαντες αὐτοὺς, ῥίπτειν[71] εἰς τοὐπίσω κελεύουσιν, ὡς ἀποπιπτουσῶν τῶν ἀκροχορδόνων. Γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος, ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμὺς, τῷ καρπῷ διαφέρων, ποιῶν πρὸς ὅσα καὶ ὁ ἥμερος.

Κεφ. ρκζ'. [*Περὶ Κυάμου ἑλληνικοῦ.*] *Κύαμος ἑλληνικὸς* πνευματώδης, φυσσώδης, δύςπεπτος, δυςόνειρος· βηχὶ δὲ σύμφορος καὶ σαρκῶν γεννητικός· [μέσος θερμοῦ καὶ ψυχροῦ[72]·] ἑψηθεὶς δὲ σὺν ὀξυκράτῳ καὶ σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος δυςεντερίας καὶ κοιλιακὰς ῥύσεις ἐπέχει, καὶ πρὸς ἐμέτους δὲ εὔθετος βρωθείς· γίνεται δὲ ἀφυσσότερος, τοῦ πρώτου ὕδατος κατὰ τὴν ἕψησιν ἀποχεομένου· ὁ δὲ χλωρὸς καὶ

70) X. στενόφυλλον, ὑπόλεπτον, δολίχοις μακροτέροις καὶ πολυκάρποις.

71) Cod. Flor. πίπτειν.

72) Nec Serapion, nec Hermolaus habent hoc additamentum, quod librarius quidam e Galen. fac. simpl. 7, 59. haud satis recte sumsit. Sic enim Gal. *Κύαμ. καθ' ἑκάτερα τῆς μέσης κράσεώς ἐστιν, ἐγγυτάτω κατὰ τὸ ξηραίνειν καὶ κατὰ τὸ ψύχειν.*

que ciet urinas, dato cum rore marino decocto adversus morbum regium et hydropem. Laedit autem exulceratam vesicam et renes. Sunt, qui verrucarum, quae formicae nomen gerunt, et pensilium protuberantias singulas prima luna grano ciceris alio alioque tangant, eaque grana in linteo deligata abiici post se praecipiant, quasi verrucae hac arte decidant. Est et sylvestre cicer, foliis sativo simile, odore acri, sed fructu discrepans, quod quidem eadem, quae, sativum praestat.

Cap. CXXVII. [*De Faba graeca.*] Faba graeca anhelationes gignit et flatus, aegre concoquitur, ac somniorum turbas parit; sed tussi confert, carnemque generat; [media calidi frigidique natura.] Cocta in posca et cum suo cortice comesta, dysenteriae et coeliacorum profluvia sistit, et contra vomitiones in cibo idonea est. Minus autem flatulenta evadit, si prior aqua inter coquendum

κακοστομαχώτερος καὶ φυσσωδέστερος· τὸ δὲ ἄλευρον τοῦ κυάμου καταπλασθὲν καθ' ἑαυτό τε καὶ σὺν ἀλφίτῳ τὰς ἐκ πληγῆς φλεγμονὰς πραΰνει· καὶ οὐλὰς ὁμοχρόους ποιεῖ, καὶ μαστοὺς χονδριῶντας καὶ φλεγμαίνοντας ὠφελεῖ· γάλα τε σβέννυσι· σὺν μέλιτι δὲ καὶ τηλίνῳ ἀλεύρῳ δοθιῆνας καὶ παρωτίδας καὶ ὑπώπια διαφορεῖ· σὺν ῥόδῳ τε καὶ λιβάνῳ καὶ τῷ τοῦ ᾠοῦ λευκῷ, ὀφθαλμῶν προπτώσεις καὶ σταφυλώματα καὶ οἰδήματα στέλλει· φυραθὲν δὲ σὺν οἴνῳ συγχύσεις καὶ πληγὰς ὀφθαλμῶν καθίστησιν· εἴς τε ἀνακόλλημα ῥεύματος χωρὶς τοῦ λέπους μασσηθεὶς, ἐπιτίθεται κατὰ τοῦ μετώπου· καὶ διδύμων φλεγμονὰς ἑψηθεὶς ἐν οἴνῳ θεραπεύει· καὶ τοῖς ἐφηβαίοις δὲ τῶν παίδων καταπλασσόμενος ἀνήβους ἐπὶ πολὺ τηρεῖ· σμήχει δὲ καὶ ἀλφούς· τὰ δὲ λέπη καταπλασσόμενα τὰς ἐκτιλθεῖσας τρίχας ἀτρόφους καὶ ἰσχνὰς κατασκευάζει· μετὰ δὲ ἀλφίτου καὶ σχιστῆς καὶ ἐλαίου καταπλασθέντα παλαιοῦ χοιράδας διαφορεῖ, καὶ ἔρια βάπτει τὸ ἀφέψημα αὐτῶν· ἐπιτίθεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν βδελλῶν αἱμοῤῥαγίας λελεπισμένος, εἰς δύο διαιρεθεὶς, καθ' ὃ [73]

73) Sic Cornar. primus loco καθὰ Ald., Asul., Marcell.

abiiciatur. At viridis et plus negotii stomacho facessit, flatuumque plus gignit. Farina vero fabae, vel per se, vel cum polenta imposita, inflammationes ab ictu mitigat, et cicatrices concolores reddit: mammas etiam induratas inflammatasque adiuvat, et lac exstinguit. Cum melle et foeni graeci farina furunculos, parotidas et sub oculis livores discutit. Cum rosa vero, ture ovique albumine oculorum prolapsus, staphylomata et oedemata reprimit. Subactum vino suffusiones et ictus oculorum recreat. Commanducatur sine cortice in massam glutinosam, in fluxione fronti imponendam. Testium inflammationes in vino decocta sanat. Pueris vero ad pubis regionem cataplasmatis vice adhibita, ipsos diu impuberes servat. Vitiligines quoque abstergit. Corticibus illiti, qui post evulsionem renascuntur, pili marcidi gracilesque redduntur. Iidem cum polenta, alumine scissili et vetere oleo impositi strumas discutiunt. Quin et eorum decocto lanae inficiuntur. Ceterum faba, demto cortice, qua naturaliter coalita est,

προςπέφυκεν· ἐπέχει γὰρ[74] προςτυπούμενος κατὰ τὸ ἡμιτόμιον.

Κεφ. ρκη΄. [Περὶ Κυάμου αἰγυπτίου.] Ὁ δὲ αἰγύπτιος κύαμος, ὅν ἔνιοι ποντικὸν καλοῦσι, πλεῖστος μὲν γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Ἀσίᾳ δὲ καὶ ἐν Κιλικίᾳ ἐν ταῖς λίμναις εὑρίσκεται· ἔχει δὲ φύλλον μέγα, ὡς πέτασον[75], καυλὸν δὲ πηχυαῖον, περὶ δάκτυλον τό πάχος· ἄνθος δὲ ῥοδόχρουν, διπλάσιον μήκωνος· ὅπερ ἀπανθήσαν φέρει σφηκία[76] παραπλήσια θυλακίσκοις, ἐν οἷς κύαμος μικρὸν[77] ὑπεραίρων τὸ πῶμα, ὡς πομφόλυξ· καλεῖται δὲ κιβώριον ἢ κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι αὐτοῦ ἐντιθεμένου ἐν ἰκμοβώλῳ, οὕτω εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου[78]· ῥίζα δὲ ὕπεστι παχυτέρα καλάμου, βιβρωσκομένη ἑφθή τε καὶ ὠμὴ, κολλοκασία καλουμένη· ὁ δὲ κύαμος βιβρώσκεται μὲν καὶ χλωρός· ξηρανθεὶς δὲ γίνεται μέλας καὶ μείζων τοῦ ἑλληνικοῦ, ἔχων δύναμιν στυπτικὴν καὶ εὐστόμαχον· ἁρμόζει δὲ δυςεντερικοῖς

74) γὰρ subintelligit Sarac., deest vero in plerisque.
75) πέταλον perperam Ruell. et Sambuc.
76) Sambuc. et Sarac. iam ex Herod. 2, 92. et Theophr. hist. 4, 8. coniecerunt, loco vulg. φυσκία.
77) Recte Sarac. e Theophr. l. c. loco vulg. μικρός.
78) C. ἐνδιδομένου.

bipartita ad sanguinis cursus ex hirudine imponitur: eos enim dimidiata supprimit, si qua parte alteri cohaerebat, apprimitur.

Cap. CXXVIII. [*De Faba aegyptia.*] Aegyptia faba, quam nonnulli ponticam vocant, in Aegypto quidem magna copia provenit, sed et in Asia quoque et in Cilicia in lacubus invenitur. Folium habet amplum, instar galeri, caulem cubitalem, digiti crassitudine, florem roseum, papaveris florem duplo superantem. Postquam defloruit, gerit favos vesparum perulis similes, in quibus faba, bullae ad modum paullulum excedens operculum. Ciborium vel cibotium ideo dicitur, quod seratur eiusmodi faba ipsa glebae humenti indita atque ita in aquam demissa. Radix autem subiacet arundine crassior, quae colocasiae nomine cocta crudaque comeditur. Faba ipsa et virens manditur: exsiccata nigrescit et graecam magnitudine superat. Vi pollet astringenti stomachoque amica. Quamobrem farina

καὶ κοιλιακοῖς τὸ ἐξ αὐτοῦ ἄλευρον ἐπιπασσόμενον ἀντὶ ἀλφίτου· καὶ πολτοποιούμενον δὲ δίδοται· τὰ δὲ λέπη μᾶλλον ποιεῖ ἑψόμενα ἐν οἰνομέλιτι καὶ ποτιζόμενα πλῆθος κυάθων τριῶν· καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ ποιεῖ τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτῶν, πικρὸν δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν, λεῖον σὺν ῥοδίνῳ συνεψόμενόν τε καὶ ἐνσταζόμενον.

Κεφ. ρκθ΄. [Περὶ Φακοῦ.] Φακὸς [ὁ ἐσθιόμενος· Ῥωμαῖοι λέντεμ, οἱ δὲ λεντίκουλαμ [79]] βιβρωσκόμενος μὲν συνεχῶς ἀμβλυωπὸς, δύσπεπτος, κακοστόμαχος, πνευματικὸς [80] στομάχου καὶ ἐντέρων, κοιλίας δὲ σταλτικὸς [81], σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος· διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ εὐψανὸς καὶ μηδὲν ἀνιεὶς ἐν τῇ διαβροχῇ μέλαν. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ὅθεν κοιλίαν ἵστησι, προαπολεπισθεὶς καὶ ἑψηθεὶς ἐπιμελῶς, τοῦ πρώτου ἐν τῷ ἀφέψεσθαι ὕδατος ἀποχεομένου· λυτικὸν γὰρ κοιλίας τὸ πρῶτον ἀφέψημα αὐτοῦ· ἔστι δὲ δυςόνειρος, ἄθετος πρὸς τὰ νευρώδη καὶ πνεύμονα καὶ κεφαλήν· βέλτιον δὲ τὸ ἴδιον ἔργον ἀποτελεῖ πρὸς τὰ ῥεύματα

79) Sic Ald.

80) Sic codd. omnes et edd. praeter Saracen. qui, nulla suffultus auctoritate, πνευματωτικός.

81) C. μαλακτικός.

earum polentae vice inspersa convenit dysentericis coeliacisve, sed et in pultem redacta exhibetur. Efficaciores sunt cortices, si in vino mulso decocti ternûm cyathorum mensura propinantur. Ad aurium denique dolores facit viride in medio seminis, gustu amarum, si cum rosaceo coctum instillatur.

Cap. CXXIX. [*De Lente.*] Lens [edulis: Romani lentem aut lenticulam] assiduo comesta aciem oculorum obtundit, aegre concoquitur, stomachum laedit, eumque et intestina inflat, alvumque cum cortice mansa sistit. Praestat in eo genere, quae facilis coctu, quaeque nihil nigri macerata reddit. Vi autem gaudet astringente, qua ex caussa alvum cohibet, si, detracto ante cortice, sedulo coquitur, prima aqua inter coquendum effusa, quippe primum ipsius decoctum alvum solvit. Somnia turbat, contraria nervosis partibus, pulmoni capitique. Melius autem contra alvi fluxus suo fungetur munere, addito

τῆς κοιλίας, μιγείσης αὐτῷ μετ᾽ ὄξους, σέρεως, ἢ ἀνδράχνης, ἢ σεύτλου μέλανος, ἢ μύρτων, ἢ σιδίων, ἢ ῥόδων ξηρῶν, ἢ μεσπίλων, ἢ οὔων, ἢ ἀπίων[82] θηβαϊκῶν, ἢ κυδωνίων μήλων, ἢ κιχωρίου, ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ κηκίδων ὁλοκλήρων, αἵτινες μετὰ τὴν ἕψησιν ῥίπτονται, ἢ ῥοὸς τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα· δεῖ δὲ τὸ ὄξος ἐπιμελῶς συγκαθεψεῖν αὐτῷ, εἰ δὲ μή, ταράττει τὴν κοιλίαν· καὶ ἀνατροπὴν στομάχου περιλεπισθέντες τριάκοντα φακοὶ καὶ καταποθέντες ὠφελοῦσι· παρηγορεῖ δὲ καὶ ποδάγρας σὺν ἀλφίτῳ ἑφθὸς[83] καὶ καταπλασθείς· μετὰ δὲ μέλιτος κόλπους κολλᾷ, ἐσχάρας περιῤῥήττει καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει· σὺν ὄξει δὲ ἑψηθεὶς σκληρώματα καὶ χοιράδας διαφορεῖ· σὺν μελιλώτῳ δὲ ἢ κυδωνίῳ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ δακτυλίου θεραπεύει, ῥοδίνου μιγνυμένου· ἐπὶ δὲ τῶν μειζόνων ἐν δακτυλίῳ φλεγμονῶν καὶ κόλπων μεγάλων, σὺν σιδίοις ἢ ῥόδοις ξηροῖς ἀφεψόμενος, μιγνυμένου καὶ μέλιτος· πρὸς νομὰς δὲ γαγγραινικὰς ὁμοίως, ἢ καὶ θαλάσσης μιγνυμένης·

82) Sarac. hic interponendum hortatur ἢ φοινίκων, quod nulla pyra thebaica nota sint.

83) Vulgo κατεψηθεὶς omisi, quia nec καταψάω, nec καθεψέω huius loci est. Nec quispiam interpretum eam vocem expressit.

cum aceto, intubo, aut portulaca, aut beta nigra, aut myrti baccis, aut punici tegmine, aut rosis siccis, aut mespilis sorbisve, aut pyris thebaicis, aut melis cydoniis, aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris, quae quidem post coctionem reiiciuntur, aut denique rhoë, quae obsoniis inspergitur. Percoquendum vero cum ea diligenter est acetum, alioqui alvum conturbat. Contra subversionem stomachi triginta lentis grana decorticata et vorata prosunt. Blanditur vero etiam podagrae cum polenta cocta ac imposita. Sinus cum melle glutinat, ulcerum crustas circumquaque rumpit et ulcera ipsa purgat. Ex aceto cocta duritias strumasque discutit. Cum meliloto vel cydonio malo oculorum sedisque inflammationibus medetur, si rosaceum additur. Sed in maioribus circa anum inflammationibus grandibusque sinibus cum putamine punici aut rosis siccis, adiecto melle, decoquitur. Similiter valet et ad ulcera depascentia gangraenosa, si etiam aqua marina admiscetur: ad pustulas etiam et her-

πρὸς δὲ φλυκταίνας καὶ ἕρπητας καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ χείμετλα, ὡς προείρηται· πρὸς δὲ χονδριῶντας μαστοὺς καὶ σπαργώσεις[84], ἑψόμενος ἐν θαλάττῃ, ἁρμόζει καταπλασθείς.

Κεφ. ρλ΄. [Περὶ Φασιόλου.] Φασίολος φυσσώδης, πνευμάτων γεννητικὸς[85], δύςπεπτος· ἑψηθεὶς δὲ χλωρὸς καὶ ἐσθιόμενος κοιλίας μαλακτικός· πρὸς δὲ ἐμέτους εὔθετος.

Κεφ. ρλα΄. [Περὶ Ὀρόβου.] Ὄροβος [Ῥωμαῖοι ὄροβουμ] γνώριμος θαμνίσκος, στενόφυλλος, λεπτὸς, ἔχων σπερμάτια ἐν λοβοῖς, ἐξ ὧν γίνεται τὸ καλούμενον ὀρόβινον ἄλευρον, ὃ πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἁρμόζει· ἔστι δὲ καρηβαρικὸς, κοιλίας ταρακτικὸς[86], αἷμα δὲ δι' οὔρων ἄγει, ἑφθὸς παρατιθέμενος. Βοῦς δὲ λιπαίνει[87], εἰ βρωθείη. Σκευάζεται δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὀρόβινον οὕτω· ἐκλέξας τοὺς εὐτρόφους καὶ λευκοὺς, ῥαῖνε ὕδατι ἀναφυρῶν, ἐάσας τε ἐφ' ἱκανὸν συμπιεῖν, φρύγε ἄχρις ἂν περιῤῥαγῇ ὁ φλοιός· εἶτα ἀλέσας[88] καὶ

84) Vulgo σπαργανώσεις. C. N. σπαργήσεις.

85) Sic C. N.; κινητικὸς vulgo. 86) C. στατικός.

87) Haud vereor, me iusto audentius verba e Serapione transposuisse. Vulgo ταρακτικὸς εἰ βρωθείη — λιπαίνει ἑφθὸς παρατιθέμενος, quod absurdum.

88) C. ἀναζέσας.

petas, ad erysipelata ac perniones, modo supra indicato adhibita. Contra mammarum dura tubercula et turgorem in aqua marina cocta et cataplasmatis vice imposita adminiculum praestat.

Cap. CXXX. [*De Phaseolo.*] Phaseolus flatulentus est, anhelationes gignit, ac aegre concoquitur. Quodsi viridis coquatur, in cibo alvum emollit et vomitibus ciendis favet.

Cap. CXXXI. [*De Ervo.*] Ervum exiguus est frutex notus, foliis angustis, gracilis, parva gerens semina in leguminibus, e quibus farina conficitur ervina, ad medicum usum accommodata. Ervum autem caput gravat, alvum turbat, sanguinem per urinam ducit, si coctum apponitur. Boves saginat, si eo pabulentur. Paratur vero ervina farina tali modo: Selige erva bene nutrita et alba, quae aqua conspersa et subacta sufficienter eam combibere sine, tum vero torre, donec cortex rumpatur: postea mo-

διασείσας κοσκίνῳ λεπτῷ ἀπόθει· ἔστι δὲ εὐκοίλιον, οὐρητικὸν, εὐχροίας ποιητικόν· πλεονασθὲν δὲ ἐν βρωτῷ ἢ ἐν ποτῷ, μετὰ στρόφων αἷμα ἄγει διὰ κοιλίας καὶ κύστεως· καθαίρει δὲ ἕλκη σὺν μέλιτι, καὶ φακοὺς καὶ ἐφήλεις καὶ σπίλους καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα· νομάς τε ἵστησι καὶ καρκινώματα[89] καὶ γαγγραίνας· καὶ σκληρίας μαλάσσει τὰς ἐν μαστοῖς, καὶ θηριώδη καὶ ἄνθρακας καὶ κηρία περιῤῥήττει· φυραθὲν[90] δὲ σὺν οἴνῳ κυνόδηκτα καὶ ἀνθρωπόδηκτα καὶ ἐχιόδηκτα θεραπεύει καταπλασσόμενον· σὺν ὄξει δὲ δυσουρίας καὶ στρόφους καὶ τεινεσμοὺς παύει· ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἀτροφοῦσι, καρύου μέγεθος φρυκτὸν ληφθὲν σὺν μέλιτι· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ καταντλούμενον χείμετλα καὶ κνησμοὺς τοὺς ἐν σώματι θεραπεύει.

Κεφ. ρλβʹ. [Περὶ Θέρμου.] Θέρμος ἥμερος [Ῥωμαῖοι λουπίνουμ, Αἰγύπτιοι βρεχού] γνώριμος· οὗ τὸ ἄλευρον σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον, ἢ μετ᾽ ὄξους πινόμενον[91], ἕλμινθας ἐκτι-

89) Sic Lacun.; vulgo σκληρώματα, quae ἵστασθαι non dicuntur.
90) Sic Sarac. loco vulg. φυραθείς.
91) Hoc ἢ — πινόμενον habent cod. C. N. et Ald.

lita et tenui cribro traiecta reponito. Bonam ea alvum facit, urinam ciet ac meliorem cuti colorem conciliat. Quodsi in cibo potuve largius assumta fuerit, sanguinem cum torminibus per alvum et vesicam educit. Ulcera cum melle purgat: lentigines, maculas solares, naevos et totum corpus emendat. Ulcera depascentia, carcinomata et gangraenas proserpere non patitur. Quin et mammarum duritias emollit, ac ferina ulcera, carbunculos favosque emarginat. Cum vino subacta et imposita canum, hominum viperarumque morsibus medetur. Urinae quoque difficultates, tormina et tenesmos ex aceto mitigat. Convenit et marcescentibus tosta et ad nucis molem sumta cum melle. Decoctum denique ipsius fomentis perniones et prurigines in universo corpore sanat.

Cap. CXXXII. [*De Lupino.*] Lupinus sativus [quem Aegyptii brechu vocant] notus est. Eius farina cum melle delincta vel cum aceto bibita, vermes excutit.

νάσσει[92]· καὶ αὐτοὶ δὲ ἀποβραχέντες καὶ ἔμπικροι ἐσθιόμενοι τὰ αὐτὰ δρῶσι· καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν τὰ αὐτὰ ποιεῖ· μετὰ δὲ πηγάνου καὶ πεπέρεως ποθὲν καὶ σπληνικοὺς ὠφελεῖ[93]· ἐπάντλημά τε γαγγραίνης ἐστὶ χρήσιμον[94], καὶ θηριωμάτων, ψώρας ἀρχομένης, ἀλφῶν, σπίλων[95], ἐξανθημάτων τε καὶ ἀχώρων· τὸ δ' αὐτὸ καὶ καταμηνίων καὶ ἐμβρύων ἐπισπαστικὸν μετὰ σμύρνης καὶ μέλιτος ἐν προςθέτῳ· καθαίρει δὲ τὸ ἄλευρον χρῶτα καὶ πελιώματα, καὶ φλεγμονὰς πραΰνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὕδατι· σὺν ὄξει δὲ ἰσχιάδας παρηγορεῖ· φύματα δὲ καὶ χοιράδας μεταβάλλει ἐν ὄξει ἑψηθεὶς καὶ καταπλασθεὶς, καὶ ἄνθρακας περιῤῥήσσει· μεθ' ὕδατος δὲ ὀμβρίου ἑψηθέντες οἱ θέρμοι ἄχρι χυλώσεως[96], σμήχουσι πρόςωπον· μετὰ δὲ χαμαιλέοντος ῥίζης τοῦ μέλανος ἑψηθέντες, προβάτων ψώρας ἰῶνται, ἐκλελουμένων[97] τῷ ἀφεψήματι χλιαρῷ· ἡ δὲ ῥίζα ἑψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ ποθεῖσα

92) C. καὶ φθείρει, N. καὶ κτείνει.

93) Sic credo esse ponenda verba vulgo disiuncta, consensu Galeni et Serapionis. Vulgo ποιεῖ μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως ποθὲν, (quod deest in cod. N.) ὅθεν καὶ σπληνικοὺς ὠφελεῖ.

94) Hoc deest in cod. N.

95) σπληνὸς C. N. inepte.

96) C. μεθύσεως, N. χυμώσεως.

97) C. ἐκλυομένων.

Ipsi quoque lupini macerati, ut partem amaritudinis retineant, comesti eadem efficiunt: sed et decoctum eorum eadem praestat. Id cum ruta et pipere potum et splenicis adminiculum exhibet. Utile est fomentum in gangraena, feris ulceribus, scabie incipiente, vitiliginibus, maculis, exanthematibus et achoribus. Quin et id ipsum menses detrahit fetusque, cum myrrha et melle subditum. Purgat insuper farina cutem, livoresque emendat, et inflammationes sedat cum polenta et aqua. Ex aceto vero coxendicum cruciatus lenit. Panos vero ac strumas in aceto cocta et imposita loco movet, atque carbunculos circumquaque rumpit. Lupini insuper aqua pluvia cocti, donec cremorem edant, faciem abstergunt, et cum chamaeleonis nigri radice cocti ovium scabiem sanant, si modo illae tepido decocto abluantur. Radix in aqua cocta et epota urinam

οὔρησιν κινεῖ· οἱ δὲ ἀπογλυκανθέντες λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες στομάχου ἄσην πραΰνουσι καὶ ἀνορεξίαν ἰῶνται.

Κεφ. ρλγ'. [Περὶ Θέρμου ἀγρίου.] Γίνεται δὲ καὶ θέρμος ἄγριος, [οἱ Ῥωμαῖοι λουπίνουμ ἀγρέστεμ καλοῦσιν] ἐμφερὴς τῷ ἡμέρῳ, κατὰ πάντα δὲ μικρότερος[98]*, ποιῶν ὅσα καὶ ὁ ἥμερος.*

Κεφ. ρλδ'. [Περὶ Γογγύλης.] [Γογγύλη ἥμερος· οἱ δὲ γογγυλίδα, οἱ δὲ γολγόσιον, Ῥωμαῖοι ῥάπα.] Γογγύλης ἡ ῥίζα ἑφθὴ τρόφιμος, πνευματωτική[99]*, σαρκὸς πλαδαρᾶς γεννητική, ἀφροδισίων παρορμητική· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ποδάγρας καὶ χιμέτλων ἐστὶ κατάντλημα· καὶ αὐτὴ δὲ λεία καταπλασσομένη ὠφελεῖ*[100]*· εἰ δέ τις ἐγγλύψας*[1] *τὴν ῥίζαν, κηρωτὴν ῥοδίνην*[2] *ἐν αὐτῇ ἐπὶ θερμοσποδιᾶ τήξει, ποιεῖ πρὸς τὰ εἱλκωμένα χίμετλα*[3]*· ὁ δὲ ἐξ αὐτῆς ἀσπάραγος βιβρώσκεται ἑφθὸς, ἔστι δὲ διουρητικός· τὸ δὲ σπέρμα εἰς ἀντιδότους καὶ θηριακὰς ἀνωδύνους εὔθετον· βοηθεῖ δὲ καὶ τοῖς θανα-*

98) C. *πικρότερος καὶ ἰσχυρώτερος.*
99) Sic Ald.; *πνευματική* cod. C. et Asulan.
100) C. N. *αὐτὴ δὲ πρὸς πέλια καλ. ὠφ.*
1) C. *γλύψας.* 2) Ald. *κηρωτῇ ῥοδίνῃ.*
3) C) *εἱλκωμένας χειμέθλας.*

movet. Lupini vero ipsi edulcati, si triti ex aceto bibantur, stomachi fastidium mitigant et appetentiae defectum tollunt.

Cap. CXXXIII. [*De Lupino sylvestri.*] Est et lupinus sylvestris [quem Romani et agrestem dicunt] sativo similis, sed omni modo minor. Eadem vero praestat, quae sativus.

Cap. CXXXIV. [*De Rapo.*] [Rapum sativum, quod alii gongylida, alii golgosium vocant.] Rapi radix elixa nutrit, inflationes parit, laxam carnem ac praehumidam gignit, veneremque stimulat. Ipsius decocto podagrae pernionesque foventur. Sed et ipsa trita et cataplasmatis vice imposita prodest. Quodsi excavatae radici ceratum rosaceum indideris, ac in ferventi cinere liquefeceris, expedit ad perniones ulceratos. Cymae ipsius manduntur elixae et urinam cient. Semen theriacis antidotisque, quae dolorem levant, idoneum est. Potum idem contra letalia

σίμοις ποθέν· παρορμᾷ καὶ πρὸς ἀφροδίσια[4]· ἁλμευθεῖσα δὲ ἀτροφωτέρα γίνεται βιβρωσκομένη· τὰς μέντοι ὀρέξεις ἀναλαμβάνει.

Κεφ. ρλέ. [Περὶ Γογγύλης ἀγρίας.] Ἡ μέντοι ἀγρία γογγύλη φύεται ἐν ἀρούραις, θάμνος πηχυαῖος τὸ ὕψος[5], πολύκλαδος, ἐξ ἄκρου [λεῖος][6], φύλλα ἔχουσα λεῖα, δακτύλου τὸ πλάτος[7], ἢ καὶ μείζονα· καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς καλυκώδεσιν· ἀνοιχθέντων δὲ τῶν περικαρπίων, ἔσωθεν ἄλλος κεφαλοειδής ἐστι λοβὸς[8], ἐν ᾧ σπερμάτια μέλανα, θραυσθέντα δὲ λευκὰ ἔνδοθεν· μίγνυται δὲ σμήγμασι προσώπου καὶ τοῦ ἄλλου χρωτὸς, ὅσα δι᾽ ἀλεύρων γίνεται θερμίνων, ἢ πυρίνων, ἢ ὀροβίνων.

Κεφ. ρλϛ'. [Περὶ Βουνιάδος.] Βουνιὰς, καὶ ταύτης ἡ ῥίζα ἑφθὴ φυσώδης ἐστίν· ἧττον δὲ τρόφιμος· ποιεῖ δὲ[9] τὸ σπέρμα αὐτῆς ἀνενεργῆ τὰ θανάσιμα προπινόμενον· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις· ἁλμεύεται καὶ ταύτης ἡ ῥίζα.

4) παρορμᾷ — ἀφροδίσια deest in Cod. N. 5) C. μῆκος.
6) Hoc deest in cod. N. et superfluum videtur.
7) E Serapione emend; vulgo πάχος.
8) Goupyl. legit in cod. Paris. βολβός.
9) Vulg. γὰρ hic ineptum commutavi, interpretum consensu, cum δὲ.

expedit, concitat quoque ad venerem. Muria denique conditum rapum in cibo sumtum minus quidem alimenti praebet: appetentiam tamen restituit.

Cap. CXXXV. [*De Rapo sylvestri.*] Sylvestre rapum in arvis nascitur, frutex cubitali altitudine, ramosus, in cacumine (glaber) folia gerens glabra, digitum lata, aut etiam maiora: fructum in siliquis involucratis, quibus apertis intus est alia silicula capituliformis, quae semina continet nigrescentia, fracta autem intrinsecus alba. Admiscetur vero in smegmata, quibus ad detergendam cutem in facie reliquoque corpore utuntur, quae quidem ex lupinorum, tritici, lolii, aut ervi farina fiunt.

Cap. CXXXVI. [*De Buniade.*] (Caulorapo.) Buniadis quoque radix elixa flatus gignit, minus vero nutrit. Semen ipsius praebibitum venena reddit inefficacia: ob id etiam in antidota additur. Et huius radix muria conditur.

Κεφ. ρλζ΄. [Περὶ Ῥαφανίδος[10].] Ῥαφανὶς[11] [οἱ δὲ πολύειδος ἠρυγγίου, Ῥωμαῖοι ῥάδιξ νόστρας, Ἄφροι θορπάθ]· καὶ αὕτη πνευμάτων γεννητικὴ καὶ θερμαντική· εὔστομος, οὐκ εὐστόμαχος· ἐρευκτικὴ δέ ἐστι καὶ οὐρητική· εὐκοίλιος, εἴ τις αὐτὴν ἐπιλαμβάνει μᾶλλον συνεργοῦσαν τῇ ἀναδόσει· προεσθιομένη δὲ[12] μετεωρίζει τὴν τροφήν· ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐμεῖν μέλλουσι προεσθιομένη· ἀκριβοῖ δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις· ἑφθὴ δὲ ποιεῖ λαμβανομένη βήσσουσι χρονίως καὶ τοῖς πάχος γεννῶσι ἐν θώρακι· ὁ δὲ φλοιὸς αὐτῆς μετ᾽ ὀξυμέλιτος λαμβανόμενος ἐμετικώτερος, ἁρμόζων ὑδρωπικοῖς· καταπλασθεὶς δὲ εὐθετεῖ καὶ σπληνικοῖς· σὺν μέλιτι δὲ νομὰς ἐφίστησι, καὶ ὑπώπια αἴρει[13]· βοηθεῖ καὶ ἐχιοδήκτοις καὶ ἀλωπεκίας δασύνει· φακοὺς ἀποσμήχει σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ· βοηθεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις βιβρωσκόμενος ἢ πινόμενος, καὶ ἔμμηνα ἄγει. Τὸ δὲ σπέρμα αὐτῆς ἐμετικὸν, οὐρητικὸν, σπληνὸς καθαιρετικὸν, πινόμενον μετ᾽ ὄξους[14]: συναγχικοῖς

10) Ald. ῥαφάνου. 11) Sic C. N.; Ald. ῥάφανος.
12) N. γάρ. 13) C. ποιεῖ δέ καὶ πρὸς ὀξυδερκίαν.
14) C. καὶ γαγγραίνας εὐτόνως περιχαράσσει.

Cap. CXXXVII. [*De Raphano.*] (Radicula.) Raphanus [alii polyïdos eryngii, Romani radicem nostratem, Afri thorpath vocant] seu radicula: et haec flatus gignit et calefacit. Ori grata est, sed stomacho minime commoda: ructus praeterea movet, ac urinas ciet. Alvo conducit, si quis eam post pastum sumserit, ubi distributionem adiuvat. Praesumta vero cibum suspendit: convenit etiam praesumta vomituris: quin et sensus acuit. Elixa vero si sumatur, valet in tussibus diuturnis, ubi et crassi latices in pectore gignuntur. Cortex ipsius ex aceto mulso sumtus vomitiones potentius movet, hydropicis accommodatus; impositus etiam lienosis est utilis. Cum melle vero ulcera depascentia sistit, et sub oculis livores tollit. Auxiliatur et a vipera commorsis, et calva loca hirsutie ditat, atque lentigines cum lolii farina exterit. Est et auxilio tam cibo quam potu iis, qui a fungis strangulantur, menstrua insuper pellit. Semen vomitiones excitat, urinam ciet, et lienem ex aceto potum purgat. Deco-

τε βοηθεῖ, ἀφεψηθὲν σὺν ὀξυμέλιτι θερμῷ εἰς ἀναγαργάρισμα, καὶ πρὸς κεράστου δῆγμα σὺν οἴνῳ πινόμενον βοηθεῖ, ἐπιπλασθὲν δὲ μετ᾽ ὄξους καὶ γαγγραίνας εὐτόνως περιχαράσσει.

Κεφ. ρλη΄. [Περὶ Ῥαφανίδος ἀγρίας.] Ῥαφανὶς ἀγρία, ἣν Ῥωμαῖοι ἀρμορακίαν καλοῦσι[15], φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἡμέρῳ, πρὸς τὰ τῆς λαμψάνης μᾶλλον· ῥίζα δὲ ἰσχνὴ, μακρὰ[16], ὑπόδριμυς· λαχανεύεται δὲ τὰ φύλλα καὶ η ῥίζα ἑφθὰ[17]· ἔστι δὲ θερμαντικὴ, οὐρητικὴ, καυματώδης.

Κεφ. ρλθ΄. [Περὶ Σισάρου.] Σίσαρον γνώριμον, οὗ ἡ ῥίζα ἑφθὴ[18] εὔστομος, εὐστόμαχος, οὐρητικὴ, ὀρέξεως προκλητική.

Κεφ. ρμ΄. [Περὶ Λαπάθου.] Λάπαθον[19], τὸ μὲν αὐτοῦ ὀξυλάπαθον λέγεται, φυόμενον ἐν ἕλεσι, σκληρὸν κατ᾽ ἄκρα[20], ὕποξυ· τὸ δέ τι κηπευτὸν οὐχ ὅμοιον[21] τῷ πρώτῳ[22],

15) Ald. hic totum caput περὶ ἀπίου lib. 4. c. 177. insertum habet, quod merito taxatur iam a Marcello.

16) Sic Lacuna loco vulg. μαλακή. Serapion utrumque legit *radicem* nimirum *longam* et *mollem*.

17) Lacuna add. εἰς βρῶσιν.

18) Lacuna add. καὶ ὠμὴ.

19) C. οἱ δὲ σύμφυτον, σατύριον, Ῥωμαῖοι ῥουμίκουλα, ῥούμεξ ἀκούτους, ῥούμεξ κανθερινὸς, Αἰγύπτιοι σεμὶθ, Ἄφροὶ ἀμουτίμ. N. οἱ δὲ ὀξαλίδα, Ῥωμαῖοι ῥουμιγάστρουμ, Ἀφροὶ ἀμουζεγαράφ.

20) Sic Lacuna; κατὰ ἄκρα vulgo.

21) Oribas. οὐ κατὰ πᾶν ὅμοιον.

22) Asulan. et Marcell. τρόπῳ.

ctum anginosis cum aceto mulso calente gargarismate prodest, et contra cerastae morsum ex vino potum opitulatur. Cetero ex aceto illitum gangraenas potenter emarginat.

Cap. CXXXVIII. [*De Radicula sylvestri.*] Radicula sylvestris, quam Romani armoraciam vocant, folia habet sativae similia, sed ad lampsanae propius accedunt. Radix est gracilis, longa, subacris. Tam folia, quam radix, olerum vice coquuntur. Calefacit autem, urinam ciet, et aestuosa est.

Cap. CXXXIX. [*De Sisere.*] Siser vulgo cognitum: cuius radix elixa ori grata est et stomacho utilis: urinam ciet, et appetentiam auget.

Cap. CXL. [*De Lapatho*] (Rumice.) Est e lapathi speciebus quaedam, quam oxylapathum vocant, in paludibus nascens, superne dura atque acutiuscula. Alterum

τρίτον δ' ἐστὶν ἄγριον, μικρὸν, παρόμοιον ἀρνογλώσσῳ, μαλακὸν, ταπεινόν· ἔστι δὲ καὶ τέταρτον εἶδος αὐτοῦ, ὃ ἔνιοι ὀξαλίδα, ἢ ἀναξυρίδα, ἢ λάπαθον καλοῦσιν[23], οὗ φύλλα ὅμοια τῷ ἀγρίῳ καὶ μικρῷ λαπάθῳ, καυλὸς οὐ μέγας, καρπὸς ὕποξυς[24], ἐρυθρὸς, δριμὺς, ἐπὶ τοῦ καυλοῦ καὶ ἐπὶ τῶν παραφυάδων[25]· πάντων δὲ τὸ λάχανον μαλάσσει κοιλίαν ἑψηθέν· ὠμὸν δὲ καταπλασσόμενον μελικηρίδας σὺν ῥοδίνῳ ἢ κρόκῳ[26] διαφορεῖ· τὸ δὲ σπέρμα τοῦ ἀγρίου καὶ τοῦ λαπάθου καὶ τῆς ὀξαλίδος πίνεται ὠφελίμως μεθ' ὕδατος ἢ οἴνου πρὸς δυσεντερίας καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις καὶ ἄσην στομάχου, καὶ πρὸς σκορπίου πληγήν· καὶ εἰ προπίοι δέ τις, οὐδὲν πείσεται πληγείς[27]· αἱ δὲ ῥίζαι αὐτῶν ἑφθαὶ σὺν ὄξει καὶ ὠμαὶ καταπλασθεῖσαι, θεραπεύουσι λέπρας, λειχῆνας, ὄνυχας λεπρούς· δεῖ δὲ προανατρίβειν τὸν τόπον ἐν ἡλίῳ νίτρῳ καὶ ὄξει[28]· πραΰνει δὲ καὶ κνησμοὺς τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἐπαν-

23) C. et Lacuna ἄγριον.
24) Asulan. ἀποξὶς, καρπὸς. C. καυλὸς οὐ μέγας, καρπὸς ἄποξυς.
25) Asulan. εἰσὶ παραφυάδες.
26) C. σὺν χρόνῳ.
27) C. οὐδὲν βλαβήσεται πληγείς.
28) ἐν ἡλ. νίτρ. καὶ ὄξ. desunt in C.

lapathum hortense, priori dissimile. Tertium sylvestre, parvum, plantaginem referens, molle, humile. Est et quartum, quod nonnulli oxalida, aut anaxyrida, aut lapathum etiam (sylvestre) appellant: cuius folia sylvestri aut minori lapatho similia, caulis haud grandis, fructus acutiusculus, ruber, acris, in summitate caulis et stolonum nascens. Omnium vero olus coctum alvum mollit. Crudum illitum meliceridas, addito rosaceo aut croco, discutit. At sylvestris lapathi, acuti et oxalidos semen ex aqua aut vino utiliter bibitur contra intestinorum difficultates, coeliacorum affectus, stomachi fastidium et scorpionum ictus. Si quis in potu praesumserit, nihil incommodi ex illius ictu percipiet. Radices autem ex aceto coctae, aut etiamnum crudae impositae lepras, impetigines et scabrosos ungues curant: sed loca ante nitro aut aceto in sole perfricanda sunt. Quin et earum decoctum pruritus cor-

τλούμενον[29], ἢ λούτρῳ μιγνύμενον[30]· παρηγοροῦσι δὲ ὠταλγίαν καὶ ὀδονταλγίαν ἑψηθεῖσαι ἐν οἴνῳ καὶ διακλυζόμεναι, διαφοροῦσι καὶ χοιράδας καὶ παρωτίδας ἑφθαὶ σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσαι, σπλῆνα δὲ σὺν ὄξει· καὶ ἐνδέσματι δέ τινες χρῶνται ταῖς ῥίζαις πρὸς χοιράδας, περιάπτοντες τῷ τραχήλῳ· ἱστᾶσι καὶ ῥοῦν γυναικεῖον προςτεθεῖσαι λεῖαι· ἀφεψηθεῖσαι δὲ σὺν οἴνῳ καὶ πινόμεναι ἰκτερικοὺς ἀποθεραπεύουσι[31], καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει[32] θρύπτουσιν, ἔμμηνά τε ἄγουσι, καὶ σκορπιοπλήκτοις βοηθοῦσιν.

Κεφ. ρμα΄. [Περὶ Ἱππολαπάθου.] Ἱππολάπαθον λάπαθόν ἐστι[33] μέγα, ἐν ἕλεσι γεννώμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις[34].

Κεφ. ρμβ΄. [Περὶ Λαμψάνης.] Λαμψάνη [Ῥωμαῖοι νάπιουμ, Αἰγύπτιοι εὔθμοι] λάχανόν ἐστιν ἄγριον, τροφιμώ-

29) Sic Lacuna; περιαντλούμενον C., Ald., Asulan.

30) Ald. ἢ λούτρῳ ἀνατριβόμενον. Asulan., Cornar., Goupyl. omittunt. Marcell. uncinis inclusit. Lacunam sequens Sarac. nostram lectionem accepit.

31) C. ἀποκαθαίρουσι.

32) C. ἐν νεφροῖς.

33) Sic cod. C.; λάχανον vulgo.

34) Loco Δύναμιν — προειρημένοις cod. C. ἀσθενεστέρας ἔχει δυνάμεις τῷ μικρῷ λαπάθῳ. Tunc vero e superiori capite omnia huc transfert ab: αἱ δὲ ῥίζαι αὐτῶν — inde usque ad finem. Cod. N. γεννώμενον, κατὰ πάντα ὅμοιον καὶ τῇ δυνάμει τῷ μικρῷ λαπάθῳ.

72) Interpositum στυπτικήν nec natura, nec codd., nec Serap. agnoscit.

purgantem et quadantenus crustas obducentem. Ambustis cum cerato medetur. Lavatur, uti cadmia.

Cap. CXLI. (CXLII.) [*De assio lapide.*] Assius lapis assumi debet pumicis colore, fungosus ac levis, insuper friabilis ac lineis ad imum discurrentibus luteis distinctus. Flos eius est salsugo flavescens, summis lapidibus insidens, tenui compage, colore partim candido, partim pumici simili, ad luteum vergente. Admotus linguae aliquantum mordet. Vim habet et flos et lapis ipse leviter exedentem et tubercula discutientem, si resina terebinthina aut pice liquida excipiantur: efficacior autem flos habetur. Siccatus vero flos expedite vetera ulcera sanat, quae cicatrici repugnant: carnes excrescentes cohibet: repurgat cum melle fungis similia ac ferina: cava eorum explet cum eodem melle et expurgat: depascentia

δαγρικοῖς ἐν καταπλάσμασι μετὰ ἐρεγμοῦ· καὶ σπληνικοῖς μετ᾽ ὄξους καὶ ἀσβέστου· ἐκλειχόμενόν τε τὸ ἄνθος μετὰ μέλιτος φθισικοὺς ὠφελεῖ. Κατασκευάζονται δὲ καὶ πύελοι ἐκ τοῦ λίθου, εἰς ἃς οἱ ποδαγρικοὶ τοὺς πόδας ἐντιθέντες ὠφελοῦνται, καὶ σόροι σαρκοφάγοι· τὸ δὲ ἄνθος ἰσχναίνει τὰ πολύσαρκα καὶ παχέα σώματα, καταπασσόμενον ἀντὶ νίτρου ἐν βαλανείῳ[73]· ἐὰν δέ τις πλῦναι θέλῃ τὰ προγεγραμμένα, πλυνέτω ὡς τὴν καδμείαν.

Κεφ. ρμβ'. (ρμγ'.) [Περὶ πυρίτου λίθου.] Πυρίτης εἶδός ἐστι λίθου, ἀφ᾽ οὗ χαλκὸς μεταλλεύεται· ληπτέον μέντοι τὸν χαλκοειδῆ, εὐχερῶς δὲ σπινθῆρας ἀφιέντα. Καυστέον δέ τρόπῳ τοιούτῳ· μέλιτι δεύσας αὐτὸν, ἔνθες εἰς ἀνθρακιὰν μαλακὴν, καὶ ῥίπιζε συνεχῶς, ὡς ἂν τὴν χροιὰν κιῤῥὸς[74] γένηται· ἔνιοι δὲ εἰς πολλοὺς καὶ πεπυρωμένους ἄνθρακας ἀποτίθενται ἱκανῶς βεβρεγμένον τῷ μέλιτι τὸν λίθον· ὅταν δὲ μέλλῃ τρέπεσθαι ἐπὶ τὸ κιῤῥὸν, ἀναιροῦνται· καὶ ἀποφυσήσαντες τὴν σποδὸν, πάλιν καίουσι διάβροχον,

73) Egregie sic e Serap. et priscis interpretibus hunc locum restituit Salmasius Plin. exerc. p. 847. Vulg. σαρκοφάγοι γίνονται, ἰσχναίνουσαι τὰ πολύσαρκα καὶ παχέα σώματα, καταπλασσόμεναι ἀντί etc.

74) Serap. πυῤῥός.

cum cerato sistit. Fit ex eo cataplasma podagricis cum fabae farina, et lienosis ex aceto et viva calce. Prodest itidem flos ex melle linctu phthisicis. Iuvantur etiam podagrici, pedibus in pelves ex eodem lapide cavatas inditis, et loculi sarcophagi dicti (inde parantur). Flos autem extenuat valde carnosa et obesa corpora, inspersus balneo nitri vice. Quodsi utrumque lavare libet, cadmiae modo lavato.

Cap. CXLII. (CXLIII.) [*De pyrite lapide.*] Pyrites lapidis species est, e qua aes conflatur. Eligi debet, quod aeris speciem prae se fert, quique facile scintillas edit. Uritur autem in hunc modum: Melle irrigatus carbonibus lentis inditur et assidue ventilatur flabello, donec fulvus fiat. Alii lapidem copioso melle perfusum in multos carbones igne candentes demittunt, ac, ubi ad fulvum colorem vergere coeperit, ab igne amovent, difflatoque

ἕως ἂν ψαθυρώτερος γένηται ὁμαλῶς· πολλάκις γὰρ μόνον ἐπικαίεται τὴν ἐπιφάνειαν· οὕτω δὲ ἀποκαύσαντες καὶ ξηράναντες, ἀποτίθενται· ἐὰν δὲ πεπλυμένου χρεία ὑπάρχῃ, πλυτέον ὡς καδμείαν. Δύναμιν δὲ ἔχει κεκαυμένος καὶ ὠμὸς θερμαντικὴν[75], σμηκτικὴν, ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς ὄψεσι, διαφορητικήν τε καὶ πεπτικὴν σκληρωμάτων· ἀναληφθεὶς δὲ ῥητίνῃ καταστέλλει τὰ ὑπερσαρκοῦντα μετὰ ποσῆς θερμασίας καὶ στύψεως· καλοῦσι δὲ ἔνιοι τὸν οὕτω καέντα διφρυγές.

Κεφ. ρμγʹ. (ρμδʹ.) [Περὶ αἱματίτου λίθου.] Αἱματίτης δὲ λίθος ἄριστός ἐστιν ὁ εὔθρυβὴς μὲν καὶ κατακορὴς[76] ἤτοι μέλας, ἐν ἑαυτῷ δὲ σκληρὸς καὶ ὁμαλὸς, ἀνεπίμικτος ῥυπαρίας τινὸς ἢ διαζωμάτων. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, θερμαντικὴν ποσῶς, καὶ λεπτυντικὴν, καὶ σμηκτικὴν οὐλῶν[77] τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ τραχωμάτων, σὺν μέλιτι· σὺν δὲ γάλακτι γυναικείῳ, πρὸς ὀφθαλμίας καὶ ῥήξεις καὶ ὑφαίμους ὀφθαλμούς· πίνεται δὲ σὺν οἴνῳ πρὸς δυσουρίαν καὶ ῥοϊκάς,

75) Hoc deest in cod. X.; Serap. eius loco πυρωτικήν legit.
76) Serap. legit addita αἱμόχρους ἢ ἰώδης.
77) Editt. omnes οὔλων.

cinere, denuo perfusum cremant, donec aequaliter siccatus friabilior reddatur: siquidem saepe superficies sola amburitur. Ita porro crematum siccatumque recondunt. Sin eloto opus sit, lavari debet, uti cadmia. Tam usti quam crudi vis est calefaciens, abstergens, offusam oculis caliginem expurgans, duritias et discutiens et maturans. Idem, resina exceptus, carnes excrescentes cohibet cum aliquantula caliditate et astrictione. Nonnulli sic ustum vocant diphryges.

Cap. CXLIII. (CXLIV.) [*De haematite lapide.*] Haematites optimus habetur friabilis et saturato sanguinis colore, seu niger, suapte natura durus et aequabilis, nulla sorde admixta nulloque zonarum discursu. Vim habet astringentem, aliquantum calefacientem et extenuantem. Oculorum cicatrices et scabritias cum melle exterit. Cum lacte vero muliebri oculorum inflammationi, rupturis et suffusionibus medetur. Bibitur ex vino contra urinae dif-

καὶ πρὸς αἵματος πτύσεις σὺν χυλῷ ῥοιᾶς· γίνεται δὲ καὶ κολλύρια ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀκόνια, πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς πάθη ἐπιτήδεια· καίεται δ᾽ ἐμφερῶς τῷ φρυγίῳ λίθῳ, τοῦ οἴνου περιῃρημένου[78]· μέτρον δὲ ἔστω τῆς καύσεως τὸ γενέσθαι αὐτὸν μέσως κοῦφον καὶ πεπομφολυγωμένον. Δολοῦσι δέ τινες τὸν προειρημένον οὕτω· λαβόντες βῶλον σχιστοῦ λίθου, πυκνόν τε καὶ στρογγύλον, τοιαῦται δέ εἰσιν αἱ λεγομέναι ῥίζαι αὐτοῦ, εἰς κεραμίαν γάστραν, ἔχουσαν θερμοσποδιὰν θερμὴν, ἐγκρύπτουσιν· εἶτα διαλιπόντες μικρὸν, ἀναιροῦνται καὶ ἐπ᾽ ἀκόνης τρίβουσι, δοκιμάζοντες, εἰ τὴν τοῦ αἱματίτου χρόαν ἀπείληφε· κἂν μὲν οὕτως ἔχῃ, ἀποτίθενται· εἰ δὲ μὴ, πάλιν ἐγκρύπτουσι, συνεχῶς ἐφορῶντες καὶ δοκιμάζοντες· ἀφεθεὶς γὰρ ἐπιπολὺ ἐν τῇ σποδιᾷ μεταβάλλει τῷ χρώματι, ἔπειτα διαχεῖται· ἀπελέγχεται δὲ ὁ κεκακοτεχνημένος[79] πρῶτον μὲν ταῖς διαφύσεσι· ὁ μὲν γὰρ εἰς κτηδόνας ἐπ᾽ εὐθείας ἀποκλᾶται· ὁ δ᾽ αἱματίτης οὐχ οὕτως ἔχει· ἔτι δὲ τῇ χρόᾳ[80]· ὁ μὲν γὰρ ἐπ᾽ ἀκόνης τριβόμενος[81] εὐανθῆ

78) Lacuna περιῤῥαινομένου. Sed Plin., Oribas. et prisci interpretes vulgatam scripturam tuentur.

79) H. Stephan. iam sic legit et post eum Sarac. Reliqui sine augmento κακοτεχνημένος.

80) Bene sic Sarac.; ἔχει ἐν τῇ χρόᾳ vulgo; εἶτα ἀπὸ τῆς χρόας Sambuc. cod.

81) Haec addo e Serap.

ficultatem et mulierum profluvia, cum punici mali succo contra sanguinis reiectiones. Fiunt et ex eo collyria itemque coticulae, quae adversus oculorum affectus accommodantur. Uritur, ut phrygius lapis, demto tamen vino. Modus ustionis est, ut modice levis fiat, et bullis tumescat. Adulterant haematiten nonnulli ita, ut glebam schisti lapidis densam rotundamque, cuius modi sunt quae eius radices vocantur, in urceum figlinum, fervente cinere repletum, condant; dein, mora brevi interposita, eximant atque explorent, num ad cotem trita haematitae colorem reddat. Quod si ita se habet, reponunt: sin minus, iterum novo cinere obruunt, et frequenter inspicientes explorant; quoniam diutius in cinere dimissa colorem mutat, et mox diffunditur. Discernitur autem adulteratus primum venis scissilibus: quippe per venarum ductus in rectum diffringitur; at haematites non item. Dein etiam

ἀνίησιν· ὁ δ' αἱματίτης βαθυτέραν καὶ τῷ κινναβάρει ἐοικυῖαν. Εὑρίσκεται δὲ καὶ ἐν τῇ σινωπικῇ μίλτῳ, καὶ ἐκ τῆς μαγνήτιδος πέτρας καιομένης ἐφ' ἱκανὸν κατασκευάζεται αἱματίτης· ὁ δὲ αὐτοφυὴς ἐν Αἰγύπτῳ μεταλλεύεται.

Κεφ. ρμδ'. (ρμε'.) [*Περὶ σχιστοῦ λίθου.*] *Σχιστὸς δὲ λίθος γεννᾶται μὲν ἐν τῇ κατὰ ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ· ἄριστος δὲ εἶναι δοκεῖ ὁ παρακροκίζων τῇ χρόᾳ, εὔθρυβής τε καὶ εὔσχιστος, ὡς ἐν ἑαυτῷ· ἔοικε δὲ τῆς συνθέσεως ἕνεκεν καὶ τῆς ἀλληλουχίας τῶν κτηδόνων αὐτοῦ ἀμμωνιακῷ ἁλί. Δύναμιν δὲ τὴν αὐτὴν τῷ αἱματίτῃ εἰςφέρεται, τῇ εὐτονίᾳ μόνον λειπόμενος αὐτοῦ· πληροῖ δὲ καὶ κοιλώματα, γυναικείῳ διεθεὶς γάλακτι, καὶ πρὸς ῥήξεις καὶ προπτώσεις, ἔτι δὲ παχύτητας βλεφάρων καὶ σταφυλώματα λίαν ἐνεργεῖ.*

Κεφ. ρμε'. (ρμς'.) [*Περὶ γαγάτου λίθου.*] *Τοῦ δὲ γαγάτου προκριτέον τὸν ταχέως ἐξαπτόμενον καὶ ἀσφαλτίζοντα τῇ ὀσμῇ· μέλας δὲ κοινῶς ὑπάρχει καὶ αὐχμηρός, ἔτι δὲ πλακώδης καὶ κοῦφος ἄγαν. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν καὶ διαφορητικήν· ἔστι δὲ καὶ ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑποθυ-*

colore: nam hic in cote tritus floridam reddit, haematites vero saturiorem et cinnabaris aemulam. Invenitur et in rubrica sinopide, et e magnete lapide vehementer usto paratur: nativus autem in Aegypto effoditur.

Cap. CXLIV. (CXLV.) [*De schisto lapide.*] Schistus lapis in occidentali Iberia nascitur. Probatur maxime, qui croci colorem aemulatur, tritu facilis ac sua natura fissilis est, tum compage, tum mutua venarum cohaerentia sali ammoniaco similis. Vim exhibet haematitae, sed ad omnia infirmiorem. Quin et cava ulcera explet, lacte muliebri dilutus, itemque ad rupturas et prolapsus, ut et crassitiem palpebrarum et staphylomata magnopere efficax est.

Cap. CXLV. (CXLVI.) [*De gagate lapide.*] Praeferendus gagates, qui celeriter accenditur, et odorem bituminis reddit. Est autem plerumque niger et squalidus, praeterea crustosus et perquam levis. Vim habet mollientem et discutientem. Suffitus comitialem morbum de-

μιαθεὶς, καὶ ὑστερικὰς ἀνακαλεῖται· διώκει δὲ καὶ ἑρπετὰ θυμιαθεὶς, καὶ ποδαγρικαῖς καὶ ἀκόποις μίγνυται δυνάμεσι. Γεννᾶται δὲ ἐν Λυκίᾳ[82], κατά τινα ποταμοῦ εἴσρυσιν εἰς θάλασσαν ἐκχεομένου· ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης Παλαιοπόλεως[83]· καλεῖται δὲ ὁ τόπος καὶ ὁ ποταμὸς Γάγας[84], παρ' οὗ τῷ στόματι εὑρίσκονται οὗτοι οἱ λίθοι[85].

Κεφ. ρμς'. (ρμζ'.) [Περὶ θρακίου λίθου.] Ὁ δὲ λεγόμενος θρακίας γεννᾶται μὲν κατὰ Σιντίαν[86], ἐν ποταμῷ τῷ λεγομένῳ Πόντῳ[87]. Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ γαγάτῃ· ἱστορεῖται δὲ, ἐκκαίεσθαι μὲν αὐτὸν ὕδατι, σβέννυσθαι δὲ ὑπὸ ἐλαίου· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἀσφάλτου γίνεται.

Κεφ. ρμζ'. (ρμη'.) [Περὶ μαγνήτου.] Τοῦ δὲ μαγνή-

82) Ex Galeno fac. simpl. lib. 9. p. 203. Steph. Byz. *Γάγαι* et Nicandr. schol. ad ther. v. 37.; vulgo *Κιλικίᾳ*.

83) E Steph. Byzant. *Γάγαι, ἣν καὶ παλαιὸν τεῖχος* coniectura consequitur Salmas. Plin. exerc. p. 178. loco vulgaris *Πλαγιοπόλεως*, nusquam memoratae, sic esse legendum.

84) *Γάγαι* Steph. Byz., Etym. magn., Plin. 5, 28. 36, 34. *Γάγγαι* Schol. Nicandr. ther. v. 37., unde et lapis *γαγγῆτις* et forte Strabonis *γαγγῖτις* lib. 16. p. 291.

85) In nothis quaedam habet e Sambuci codice Saracenus, librarii commenta de *διακριτικῷ τῆς ἱερᾶς νόσου* hoc lapide, quod iam in textu adest, et de usu *θυμιωμένου λίθου* contra *νόσους γυναικῶν κρυφίους*, quae haud digna videntur, ut reprimantur.

86) *Σιντίαν, πόλιν τῆς Μακεδονίας πρὸς τῇ Θρᾴκῃ* habet Steph. Byz., ad quam fluvius ille, Pontus dictus, cum lapide mirabili inveniatur, de quo et Aristot. mirab. ausc. c. 125. Hinc iam Salmas. Plin. exerc. p. 179. vulgarem lectionem *ἐν Σκυθίᾳ* sic mutandam esse probavit. Strab. exc. libr. 7. p. 492. *Σιντοὶ, ἔθνος θρᾳκικόν.*

87) Sic et Nicand. ther. v. 49.

prehendit, recreatque hystericas: fugat et serpentes fumo. Podagricis medicamentis et acopis additur. In Lycia autem nascitur, qua influens amnis in mare effunditur, prope ab oppido, quod Palaeopolis vocatur. Appellatur autem et locus et amnis Gagas, ad cuius ostium id genus lapidum invenitur.

Cap. CXLVI. (CXLVII.) [*De thracio lapide.*] Lapis thracius dictus generatur iuxta Sintiam, in fluvio, qui Pontus vocatur. Vis eadem, quae gagatae. Traditur autem accendi aqua, oleo autem exstingui: id quod etiam bitumini accidit.

Cap. CXLVII. (CXLVIII.) [*De magnete.*] Lapis

του λίθου ἄριστός ἐστιν ὁ τὸν σίδηρον εὐχερῶς ἕλκων, καὶ τὴν χρόαν κυανίζων, πυκνός τε καὶ οὐκ ἄγαν βαρύς. Δύναμιν δὲ ἔχει πάχους ἀγωγὸν, διδόμενος μετὰ μελικράτου τριωβόλου βάρος· ἔνιοι δὲ τοῦτον καίοντες ἀντὶ αἱματίτου πιπράσκουσιν[88].

Κεφ. ρμη′. (ρμθ′.) [Περὶ ἀραβικοῦ λίθου.] Ὁ δὲ ἀραβικὸς[89] λεγόμενος λίθος ἔοικεν ἐλέφαντι ἀσπίλῳ[90]· οὗτος λεῖος καταπασθεὶς[91] αἱμοῤῥοΐδας ἀποξηραίνει· ὀδόντων δὲ σμῆγμα γίνεται καυθεὶς κάλλιστον[92].

Κεφ. ρμθ′. (ρν′.) [Περὶ γαλακτίτου λίθου.] Ὁ δὲ γαλακτίτης ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ γαλακτῶδες ἀνιέναι· ἔστι μέντοι ἄλλως ἔντεφρος τὴν χρόαν, γλυκὺς πρὸς τὴν γεῦσιν· ἁρμόζει δὲ πρὸς ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ ἕλκη, ἐγχριόμενος· δεῖ δὲ τρίψαντας αὐτὸν ὕδατι, ἀποτίθεσθαι ἐν πυξίδι μολυβδίνῃ, διὰ τὸ περὶ αὐτὸν κολλῶδες.

Κεφ. ρν′. (ρνα′.) [Περὶ μελιτίτου λίθου.] Ὁ δὲ μελι-

88) Quae in nothis e Sambuci codice huic capiti adiecta habet Sarac., absurda sunt et plane indigna, quae hic transscribantur.

89) Galen. fac. simpl. 9. p. 204. ἀράβιος.

90) Lacunae cod. sic habet loco vulg. ἐλέφαντος σπίλῳ.

91) Vulg. καταπλασθείς.

92) Ultimum in Ald. omiserant seriores.

magnes optimus est, qui ferrum facile trahit, et colore coerulescit, densus est, nec admodum gravis. Vim habet crassos humores educendi, si ex aqua mulsa detur trium obolorum pondere. Sunt vero, qui crematum hunc pro haematite vendant.

Cap. CXLVIII. (CXLIX.) [*De arabico lapide.*] Lapis arabicus dictus ebori minime maculoso similis est. Is tritus illitu haemorrhoidas exsiccat. Crematus autem optimum fit dentifricium.

Cap. CXLIX. (CL.) [*De galactite lapide.*] Galactites nomen inde traxit, quod lacteum succum remittat. Alioquin cinerei est coloris et gustu dulcis. Ad oculorum fluxiones et ulcera convenienter inungitur. Oportet autem in aqua tritum in pyxide plumbea recondere, propter viscosum, quod adhaeret.

Cap. CL. (CLI.) [*De melitite lapide.*] Melitites

τίτης κατὰ πάντα ἔοικε τῷ γαλακτίτῃ· διαφέρει ἐν τῷ γλυκότερον ἀνιέναι τὸν χυλόν· ποιεῖ δὲ πρὸς ἃ καὶ ὁ γαλακτίτης[93].

Κεφ. ρνα΄. (ρνβ΄.) [Περὶ μορόχθου λίθου.] Λίθος μόροχθος[94], ὃν ἔνιοι γαλαξίαν ἢ λευκογραφίδα ἐκάλεσαν, ἐν Αἰγύπτῳ γεννᾶται· ᾧ καὶ οἱ ὀθονοποιοὶ πρὸς λεύκωσιν τῶν ἱματίων χρῶνται[95], μαλακῷ καὶ εὐανέτῳ ὄντι. Δοκεῖ δὲ παρεμπλάσσειν, ἁρμόζων ἐπὶ αἱμοπτοϊκῶν καὶ κοιλιακῶν καὶ πρὸς κύστεως[96] ἀλγήματα, σὺν ὕδατι πινόμενος· καὶ ῥοϊκαῖς ὁμοίως καὶ ἐν προςθέματι· εἴς τε τὰ μαλακὰ ὀφθαλμικὰ μίγνυται· πληροῖ γὰρ κοιλώματα, καὶ ῥεύματα ἵστησι· σὺν δὲ κηρωτῇ ἀναληφθεὶς, τὰ τρυφερὰ τῶν ἑλκῶν ἀπουλοῖ.

Κεφ. ρνβ΄. (ρνγ΄.) [Περὶ ἀλαβαστρίτου λίθου.] Λίθος ἀλαβαστρίτης, ὁ καλούμενος ὄνυξ, ἀναληφθεὶς κεκαυμένος ῥητίνῃ ἢ πίσσῃ, διαφορεῖ σκληρίας· στομάχου δὲ ἀλγήματα μετὰ κηρωτῆς παρηγορεῖ· στέλλει δὲ καὶ οὖλα.

93) Piget, iterum absurda transscribere additamenta e Sambuci cod. in Sarac. nothis.

94) Lacuna legit, ut Galen. et Aët., μόροξος.

95) Galen. l. c. p. 198. ᾧ χρῶνται στιλπνοῦντες τὰς ὀθόνας.

96) Vulgo καὶ κύστεων.

omnino galactitae similis: hoc tantum interest, quod dulciorem succum remittat. Ad eadem valet, ad quae galactites.

Cap. CLI. (CLII.) [*De morochtho lapide.*] Morochthus lapis, quem aliqui galaxian aut levcographida vocant, in Aegypto nascitur: ac eo quidem, cum mollis sit, facileque solvatur, linteones dealbandis linteis utuntur. Creditur spiracula corporis obducere, convenitque sanguinem reiicientibus, coeliacis et adversus vesicae dolores, cum aqua potus: itemque feminis profluvio laborantibus similiter potus, et in pesso appositus. Mollibus etiam oculorum medicamentis miscetur: cava enim eorum ulcera explet, fluxionesque sistit. Idem cerata exceptus teneras ulcerum partes ad cicatricem perducit.

Cap. CLII. (CLIII.) [*De alabastrite.*] Alabastrites, vocatus onyx, exustus resinaque aut pice exceptus, duritias discutit, stomachi dolores cum cerato levat, et gingivas reprimit.

Κεφ. ρνγʹ. (ρνδʹ.) [Περὶ θυΐτου λίθου.] Λίθος ὁ καλούμενος θυΐτης γεννᾶται μὲν ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ· ἔστι δὲ ὑπόχλωρος, ἰασπίζων[97]· ἐν δὲ τῷ ἀνίεσθαι γαλακτώδης φαινόμενος, ἀναδάκνων σφοδρῶς. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀποκαθαρτικὴν τῶν ταῖς κόραις ἐπισκοτούντων.

Κεφ. ρνδʹ. (ρνεʹ.) [Περὶ ἰουδαϊκοῦ λίθου.] Ὁ δὲ ἰουδαϊκὸς λίθος[98] γεννᾶται μὲν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, τῷ σχήματι βαλανοειδής, λευκός, εὔρυθμος ἱκανῶς, ἔχων καὶ γραμμὰς παραλλήλους, ὡς ἀπὸ τόρνου· ἀνιέμενος δʼ ἐστὶν ἄποιος ἐν τῇ γεύσει· δύναται δὲ ἐρεβινθιαῖον μέγεθος, διεθὲν ὡς κολλύριον ἐπʼ ἀκόνης σὺν ὕδατος θερμοῦ κυάθοις τρισὶ, καὶ ποθὲν, δυςουρίαις βοηθεῖν, καὶ τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτειν.

Κεφ. ρνεʹ. (ρνςʹ.) [Περὶ ἀμιάντου λίθου.] Λίθος ἀμίαντος γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ, στυπτηρίᾳ σχιστῇ ἐοικώς· ὃν ἐργαζόμενοι[99] ὑφάσματα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, ὄντος ἱμαντώδους πρὸς θέαν· ἃ βληθέντα εἰς πῦρ φλογοῦνται μὲν, λαμπρότερα δὲ ἐξέρχονται, μὴ κατακαιόμενα.

97) Galen. l. c. ὡς ἴασπις ὀνομαζόμενος (? ὀνυχούμενος).
98) Aët. τηκόλιθος.
99) Lacuna legit ἐργαζόμεναι αἱ Αἰθιοπίδες.

Cap. CLIII. (CLIV.) [*De thyite lapide.*] Lapis nomine thyites in Aethiopia gignitur, subviridis quidem et iaspidem referens: attamen, cum diluitur, lacteum reddens succum. Vehementer mordet, valetque ad expurganda, quae pupillis caliginem offundunt.

Cap. CLIV. (CLV.) [*De iudaico lapide.*] Iudaicus lapis in Iudaea nascitur, glandis effigie, candidus, apprime concinnus, lineis parallelis quasi tornatis distinctus. Dilutus nullam qualitatem gustui exhibet: at ciceris mole solutus ad cotem collyrii instar, cum aquae calidae cyathis tribus, potu urinae difficultatem levat, et vesicae calculos frangit.

Cap. CLV. (CLVI.) [*De lapide amianto.*] Amiantus lapis in Cypro nascitur, alumini scissili similis, e quo elaborato, utpote flexili, telas spectaculi gratia texunt: quae ignibus iniectae ardent quidem, sed flammis invictae splendidiores exeunt.

Κεφ. ρνς'. (ρνζ'.) [Περὶ σαπφείρου.] Λίθος σάπφειρος δοκεῖ ὠφελεῖν σκορπιοπλήκτους πινόμενος· πίνεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς ἑλκώσεις· καὶ τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπεροχὰς καὶ σταφυλώματα καὶ φλυκταίνας στέλλει, καὶ τὰς ῥήξεις τῶν ὑμένων συνάγει.

Κεφ. ρνζ'. (ρνη'.) [Περὶ μεμφίτου λίθου.] Λίθος μεμφίτης εὑρίσκεται ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ Μέμφιν, ἔχων ψηφίδων μέγεθος, λιπαρὸς καὶ ποικίλος· οὗτος ἱστορεῖται καταχρισθεὶς λεῖος ἐπὶ τῶν μελλόντων τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι τόπων, ἀναισθησίαν ἀκίνδυνον ἐπιφέρειν.

Κεφ. ρνη'. (ρνθ'.) [Περὶ σεληνίτου λίθου.] Λίθος σεληνίτης, ὅν τινες ἀφροσέληνον[100] ἐκάλεσαν, διὰ τὸ εὑρίσκεσθαι αὐτὸν νυκτὸς [μεστὸν[1]] ἐν τῇ τῆς σελήνης παραυξήσει· γεννᾶται δὲ ἐν Ἀραβίᾳ, λευκὸς, διαυγὴς, κοῦφος· τοῦτον ὑποξύσαντες διδόασι πόμα ἐπιληπτικοῖς· καὶ ἀντὶ

100) Galen. fac. simpl. lib. 9. p. 208. ἀφροσέληνος: admin. anat. lib. 9. p. 721. διαφανεῖς λίθοι, οὓς τέμνοντες εἰς λεπτὰ ταῖς θυρίσιν ἐντιθέασιν.

1) Salmas. Plin. exerc. p. 773. mavult ναστόν. Gesnerus autem στιλπνὸν ἐν τῇ τῆς σελήνης μεστῆς παραυγάσει legendum esse putat. Sic etiam G. Agricola de nat. fossil. lib. 5. p. 257. intellexit.

Cap. CLVI. (CLVII.) [*De sapphiro.*] Sapphirus lapis ictis a scorpione potu prodesse existimatur. Bibitur et contra intestinas exulcerationes. Extuberantia in oculis, staphylomata et pustulas reprimit, et ruptas membranas cogit.

Cap. CLVII. (CLVIII.) [*De memphite lapide.*] Lapis memphites in Aegypto iuxta Memphin invenitur, calculorum magnitudine, pinguis et versicolor. Hoc tradunt trito et illito partibus, quae secandae vel urendae sunt, sensus abolitionem citra periculum inferri.

Cap. CLVIII. (CLIX.) [*De selenite lapide.*] Lapis selenites, quem nonnulli aphroselenon appellarunt, quod noctu luna crescente [plenus] reperiatur. Nascitur in Arabia, candidus, translucens et levis. Huius ramenta comitialibus in potu exhibentur. Eum etiam mulieres

φυλακτηρίου δὲ περιάμματι αὐτῷ αἱ γυναῖκες χρῶνται· δοκεῖ δὲ καὶ δένδρεσι προςδεθεὶς καρπογόνος εἶναι.

Κεφ. ρνθ′. (ρξ′.) [Περὶ ἰάσπιδος λίθου.] Λίθος ἴασπις, ὁ μέν τίς ἐστι σμαραγδίζων, ὁ δὲ κρυσταλλώδης, ἐοικὼς φλέγματι, ὁ δὲ ἀερίζων, ὁ δὲ καπνίας, ὥςπερεὶ κεκαπνισμένος· ὁ δέ τις καὶ διαφύσεις ἔχων διαλεύκους καὶ ἀποστιλβούσας, ἄστριος[2] καλούμενος· ὁ δέ τις τερεβινθίζων λέγεται, καλλαΐνῳ[3] χρώματι προςόμοιος· λέγονται δὲ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα καὶ ὠκυτόκια, μηρῷ περιαπτόμενα

Κεφ. ρξ′. (ρξα′.) [Περὶ ἀετίτου λίθου[4].] Ἀετίτης λίθος, ὁ ἐν τῷ κινεῖσθαι ἦχον ἀποτελῶν, ὡς ἑτέρου ἐγκύμων λίθου ὑπάρχων, κατόχιον ἐμβρύων ἐστὶν, ὅταν ὀλισθηραὶ ὦσιν αἱ μῆτραι, περιαπτόμενος ἀριστερῷ βραχίονι· ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ἀποτέξεως, ἄρας ἐκ τοῦ βραχίονος, περίαπτε τῷ μηρῷ, καὶ ἐκτὸς ὠδίνων τέξεται[5]· λειωθεὶς δὲ καὶ ἀναλαμ-

2) Sic Lacuna legit. Quam veram esse lectionem, patet e Plin. 37, 48. cf. Salmas. Plin. exerc. p. 531. 532. Vulgo ἀσσύριος.

3) De callaide gemma, post aversa Indiae nascente, Plin. 37, 53.

4) Suspectum caput, cum nec in cod. X., nec in aliis pluribus reperiatur. Nec Oribas. habet, nec Serap. sua hinc promsit.

5) Quae sequuntur in editt. de deprehendendo fure ope aëtitis, tam absurda sunt, ut et Marcellum taeduerit, ea interpretari. Cum solus Aëtius habeat, ex hoc demum in Dioscoridis textum irrepsisse videntur.

sibi pro amuleto alligant. Sed et eodem adalligato arbores frugiferae reddi creduntur.

Cap. CLIX. (CLX.) [*De iaspide lapide.*] Iaspis alius smaragdum imitatur; alius crystallum, adiuncto quodam phlegmate; alius quasi aëreus; alius velut fumo infectus, capnias iccirco dictus; alius, lineis albis et resplendentibus distinctus, astrius appellatur; alius terebinthi aemulus vocatur, callaïda gemmam colore imitans. Omnes pro amuletis gestati ac femoribus alligati partum accelerare traduntur.

Cap. CLX. (CLXI.) [*De aëtite lapide.*] Aëtites, qui, dum agitatur, sonitum edit, quasi alio lapide praegnans fuerit, gravidis, quibus lubricae sunt partes genitales, partus continet, sinistro earum brachio alligatus: sed cum parturiunt, e brachio sublatus femori alligatur,

βανόμενος κηρωτῇ σκευασθείσῃ διὰ κυπρίνου ἢ γλευκίνου ἤ τινος ἑτέρου τῶν θερμαινόντων, ὀνίνησι μεγάλως ἐπιληπτικούς.

Κεφ. ρξα'. (ρξβ'.) [Περὶ ὀφίτου λίθου.] Λίθος ὀφίτης· ὁ μέν τίς ἐστι βαρὺς καὶ μέλας· ὁ δὲ σποδοειδὴς τὴν χρόαν καὶ κατεστιγμένος· ὁ δέ τις γραμμὰς ἔχων λευκάς. Πάντες δ' εὐχρηστοῦσι περιαπτόμενοι ἐπὶ ὀφιοδήκτων καὶ κεφαλαλγούντων· ὁ δὲ τὰς γραμμὰς ἔχων ἰδίως ἱστορεῖται ληθάργῳ καὶ κεφαλαλγίαις βοηθεῖν.

Κεφ. ρξβ'. (ρξγ'.) [Περὶ τῶν ἐν τοῖς σπόγγοις λίθων.] Λίθοι οἱ ἐν τοῖς σπόγγοις εὑρισκόμενοι, σὺν οἴνῳ ποθέντες, τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτουσιν.

Κεφ. ρξγ'. (ρξδ'.) [Περὶ λιθοκόλλης.] Ἡ δὲ λιθοκόλλα, μίγμα οὖσα μαρμάρου ἢ λίθου παρίου καὶ ταυροκόλλης, δύναται διὰ μηλωτίδος πεπυρωμένης τρίχας ἀνακολλᾷν τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς.

Κεφ. ρξδ'. (ρξε'.) [Περὶ ὀστρακίτου λίθου.] Λίθος ὀστρακίτης ὅμοιός ἐστιν ὀστράκῳ, πλακώδης καὶ εὔσχιστος, ᾧ χρῶνται ἀντὶ κισσήρεως πρὸς τριχῶν ἄρσιν αἱ γυναῖκες·

ut citra dolores pariant. Tritus et cerato exceptus cyprino, gleucinove, aut alio quopiam calefaciente, comitiales insigniter iuvat.

Cap. CLXI. (CLXII.) [*De ophite lapide.*] In hoc lapidum genere quidam est ponderosus ac niger, alter cinereo colore punctisque distinctus. Omnes alligati morsis a serpente et caput dolentibus opitulantur. Privatim vero, qui lineas habet, lethargo capitisque doloribus auxiliari perhibetur.

Cap. CLXII. (CLXIII.) [*De spongiarum lapidibus.*] Lapides, qui in spongiis inveniuntur, in vino poti, calculos vesicae rumpunt.

Cap. CLXIII. (CLXIV.) [*De lithocolla.*] Lithocolla mixtura est marmoris aut lapidis parii et glutinis taurini. Potest candente specillo admota pilos ad oculos agglutinare.

Cap. CLXIV. (CLXV.) [*De ostracite lapide.*] Ostracites testae similis, crustosus est et fissilis, quo pumicis loco mulieres ad pilos amovendos utuntur. Menses, dra-

ἴσχει δὲ καὶ καταμήνια, πινόμενος σὺν οἴνῳ < α΄ πλῆθος· δυοῖν δὲ < βάρος ἐὰν πίνῃ τις ἐφ᾽ ἡμέρας δ΄ μετὰ τὴν ἄφεδρον, ἀσυλληψίαν ποιεῖ· σὺν μέλιτι δὲ ἐπιτιθέμενος, φλεγμαίνοντας μαστοὺς παρηγορεῖ, καὶ νομὰς ἵστησι.

Κεφ. ρξέ. (ρξϛ΄.) [Περὶ σμύριδος.] Σμύρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι[6] σμήχουσι, χρησίμη εἰς σήπτας[7] καὶ καυστικά· καὶ πρὸς οὔλων πλάδον καὶ ὀδόντων σμῆξιν.

Κεφ. ρξϛ΄. (ρξζ΄.) [Περὶ ἄμμου.] Ἄμμος ἡ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς πυρωθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐξικμάζει τὰ ὑδερώδη σώματα περιχωννύμενα δίχα κεφαλῆς· φώγνυται δὲ καὶ εἰς τὰς ξηρὰς πυρίας ἀντὶ κέγχρου ἢ ἁλῶν.

Κεφ. ρξζ΄. (ρξη΄.) [Περὶ ἀκόνης.] Ἀκόνης ναξίας τὸ ἀπότριμμα τοῦ πρὸς αὐτὴν ἀκονηθέντος σιδήρου ἐγχρισθὲν ἀλωπεκίας τριχοῖ, καὶ μαστοὺς παρθένων κωλύει αὔξεσθαι[8]· ποθὲν δὲ μετ᾽ ὄξους σπλῆνα τήκει, καὶ ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ.

6) Vulgo δακτυλογλύφοι. Cf. Albert. ad Hesych. II. p. 1231.

7) Cod. Par. Goupyl. ὀπτά.

8) Sic recte Ald.; αὔξασθαι omnes reliqui.

chmae pondere potus ex vino, sistit: quodsi duarum drachmarum pondere ad dies quatuor a menstrua purgatione bibatur, feminis praestat, ne concipiant. Cum melle autem impositus, mammarum inflammationes lenit, et ulcera depascentia cohibet.

Cap. CLXV. (CLXVI.) [*De smyrite.*] Smyris lapis est, quo annularii sculptores gemmas poliunt, utilis ad septica ac caustica medicamenta. Prodest et ad flaccidas gingivas et ad dentifricia.

Cap. CLXVI. (CLXVII.) [*De arena.*] Arena litoralis sole fervefacta hydropicorum corpora resiccat, si citra caput ea undique obruantur. Torretur et ad aridos fotus pro milio aut sale.

Cap. CLXVII. (CLXVIII.) [*De cote.*] E cote naxia quod exacuendo ferro deteritur, illitum calvities pilis occupat, virginumque mammas vetat increscere: potum vero ex aceto lienem liquat, et comitialibus prodest.

Κεφ. ρξη'. (ρξθ'.) [Περὶ λίθου γεώδους.] Λίθος γεώδης στύφει, ξηραίνει, ἀποκαθαίρει τὰ ἐπισκοτοῦντα τοῖς ὀφθαλμοῖς· καταχρισθεῖσα δὲ μεθ' ὕδατος, μαστῶν καὶ ὄρχεων παύει φλεγμονάς.

Κεφ. ρξθ'. (ρο'.) [Περὶ γῆς.] Γῆ πᾶσα ἡ πίπτουσα εἰς ἰατρικὴν χρῆσιν, τὴν μὲν ἀνωτάτω δύναμιν ἔχει ψύχουσαν καὶ παρεμπλάσσουσαν· κατ' εἶδος δὲ διαφέρει, ἄλλης εἰς ἄλλα μετά τινος σκευασίας χρησιμευούσης.

Κεφ. ρο'. (ροα'.) [Περὶ ἐρετριάδος γῆς.] Τῆς ἐρετριάδος γῆς ἡ μέν ἐστι λευκὴ ἐπιτεταμένως, ἡ δὲ σποδοειδής· ἀρίστη δὲ ὑπάρχει ἡ τῇ χρόᾳ σποδίζουσα καὶ μαλακὴ ἄγαν, πρός τε χαλκώματα ἑλκυσθεῖσα γραμμὴν ἰώδη ἀποφερομένη. Πλύνεται δὲ ὡς ψιμύθιον, ἢ οὕτω· λεάνας αὐτῆς ὅσον ἂν θέλῃς κατ' ἰδίαν[9] τε καὶ σὺν ὕδατι, ἔασον καταστῆναι· εἶτα τὸ μὲν ὑγρὸν ἐλαφρῶς ἀπήθησον· τὴν δὲ γῆν ἐν ἡλίῳ ξηράνας, πάλιν τρίβε, ἐπὶ ἡμέρας ἐπιδοὺς ὕδωρ, ἑσπέρας δὲ ἐάσας ὑποστῆναι, περὶ τὸν ὄρθρον

9) Marcell. suspicatur καθ' ἡμέραν.

Cap. CLXVIII. (CLXIX.) [*De geode lapide.*] Geodes lapis astringit, siccat, caligines oculorum discutit. Illitus autem ex aqua, mammarum testiumque inflammationes sedat.

Cap. CLXIX. (CLXX.) [*De terra.*] Terra omnis, quae quidem in medicum usum venit, primam summamque vim habet refrigerandi meatusque obducendi: sed specie differt, cum alia hoc vel illo modo praeparata ad alia sit utilis.

Cap. CLXX. (CLXXI.) [*De terra eretriade.*] Terra eretrias alia candidissima est, alia cinerea. Optima habetur ad cinereum colorem vergens et perquam mollis, quaeque, si ad aeramenta tractim ducatur, ferrugineam lineam retinet. Lavatur, ut cerussa, aut hunc in modum: Ex ea quantum libuerit terito seorsim et aqua perfusa, tum subsidere iubeto, ac humorem leviter excolato: terram vero sole siccatam iterum terito per diem, adiecta aqua, ut vespere considat. Ubi illuxit, colo excernito, ad solem

ἀπήθησον, καὶ λεάνας ἐν ἡλίῳ τροχίσκους ἀνάπλασσε, ὡς δυνατόν· ἐὰν δὲ καὶ ὠπτημένης χρεία ὑπάρχῃ, λαβὼν ἐρεβινθιαῖα μεγέθη τῆς γῆς, δὸς εἰς ἀγγεῖον κεραμεοῦν κατατετρημένον· πωμάσας τε τὸ στόμα ἐπιμελῶς, ἔνθες εἰς διαπύρους ἄνθρακας, καὶ ῥίπιζε συνεχῶς· ὅτε δὲ ἡ σποδὸς αἰθαλωθῇ, ἤτοι ἀερώδης μᾶλλον γένηται τὴν χρόαν, ἀνελόμενος ἀπόθου. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν καὶ ψυκτικὴν, κούφως μαλακτικὴν, καὶ κοιλωμάτων πληρωτικὴν, καὶ ἐναίμων κολλητικήν.

Κεφ. ρoα΄. (ρoβ΄.) [Περὶ σαμίας γῆς.] Τῆς δὲ σαμίας γῆς τὴν ἄγαν λευκὴν προκριτέον καὶ ἐλαφρὰν, καὶ ἐν τῷ θίγειν τὴν γλῶτταν κρατουμένην ἐχεκόλλως, ἔτι τε εὔχυλον καὶ μαλακὴν καὶ εὔθρυβῆ, οἵα ἐστιν, ἥν τινες κολλύριον[10] καλοῦσιν. Ἔστι γὰρ αὐτῆς δύο εἴδη· τό τε προειρημένον, καὶ ὁ καλούμενος ἀστὴρ, πλακώδης ὢν καὶ πυκνὸς, ὡς ἀκόνη. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ καῦσιν καὶ πλύσιν ἐμφερῆ ἐρετριάδι· ἵστησι δὲ αἵματος ἀναγωγὴν, καὶ ῥοϊκαῖς δίδοται γυναιξὶ σὺν βαλαυστίῳ· καὶ ὄρχεων καὶ μαστῶν[11] φλε-

10) Ald. ἐκάλεσαν καὶ καλοῦσιν.
11) Marcell. suspicatur ὀφθαλμῶν. Sed perperam: teste Galen. fac. simpl. lib. 9. p. 182.

tritam digerito in pastillos, quatenus fieri potest. Quodsi assatae opus est, terrae frusta ciceris mole, in vas fictile perforatum coniicito, oreque vasis diligenter obturato, candentibus indito carbonibus, ac frequenter flabellis ventilato. Cum cinis in favillas se converterit, aut aëreum colorem contraxerit, exemtum reponito. Vim habet astringentem, refrigerantem, modiceque mollientem: cava itidem explet, vulneraque cruenta glutinat.

Cap. CLXXI. (CLXXII.) [*De terra samia.*] E samia terra eligito perquam candidam, levem et tangenti linguae glutinis modo adhaerentem, insuper succosam, mollem et friabilem, cuiusmodi est, quam nonnulli collyrium vocant. Duae enim sunt eius species, altera modo commemorata, altera, asteris nomine, glebosa et densa, cotis in modum. Uritur ac lavatur, uti eretria, vimque similem habet. Sanguinis reiectiones sistit, et feminis profluvio laborantibus cum flore punicae datur. Testium

γμονὰς καταχριομένη σὺν ὕδατι καὶ ῥοδίνῳ παύει· στέλλει καὶ ἱδρῶτας· καὶ θηριοδήκτοις καὶ θανασίμοις ἀρήγει, σὺν ὕδατι[12] πινομένη.

Κεφ. ροβ'. (ρογ'.) [Περὶ τοῦ ἐν τῇ σαμίᾳ λίθου.] Εὑρίσκεται δέ τις ἐν τῇ σαμίᾳ γῇ λίθος, ᾧ οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λεαίνειν καὶ στιλβοῦν· διαφέρει δὲ ὁ λευκὸς καὶ στιβαρός[13]. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικήν· ὠφελῶν στομαχικοὺς ἐν ποτῷ, ἀμυντικὴν τοῖς αἰσθητηρίοις[14]· ποιεῖ πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ῥεύματα καὶ ἕλκη σὺν γάλακτι· δοκεῖ δὲ καὶ ὠκυτόκιος εἶναι καὶ φυλακτήριος τῶν συνειληφυιῶν, περιαπτόμενος.

Κεφ. ρογ'. (ροδ'.) [Περὶ χίας γῆς.] Καὶ τῆς χίας δὲ τὴν λευκὴν καὶ ὑπότεφρον παραληπτέον, καὶ τῇ σαμίᾳ ἐμφερῆ· πλακώδης δέ ἐστι καὶ λεπτὴ[15], τοῖς δὲ σχήμασι τῆς ἀναπλάσεως διαφέρουσα. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τῇ σα-

12) Lacuna et Sambuc. legerunt *σὺν οἴνῳ.*

13) Sarac. cod. addit: *καὶ αἱμοσάτην καλοῦσι, χρήσιμον ἐπιληπτικοῖς καὶ αἱμοῤῥαγίαις γυναικείαις.*

14) Ex Plin. 36, 40. primus Hermol. vulg. *ἀμβλυντικήν*, alibi et cum genitivo constructum, sic mutavit, assentientibus Dalechampio, Saraceno et Harduino.

15) Ex Oribasio; *λευκή* vulgo.

quoque et mammarum inflammationes illita ex aqua et rosaceo sedat: compescit et sudores: denique contra venenatorum morsus et exitialia pota ex aqua auxiliatur.

Cap. CLXXII. (CLXXIII.) [*De lapide in samia terra.*] Invenitur et lapis quidam in samia terra, quem aurifices ad poliendum illustrandumque adhibent. Praestat in eo genere candidus et solidus. Vim habet astringentem, refrigerantem: prodest stomachicis potus: instrumenta sensuum adiuvat: ad oculorum fluxiones et ulcera cum lacte prodest. Creditur et adalligatus partus accelerare et conceptus custodire.

Cap. CLXXIII. (CLXXIV.) [*De chia terra.*] Chia terra eligi debet candicans et subcinerea et samiae similis. Est autem glebosa ac tenuis, sed conformationis figura differens. Vim habet eamdem, quam samia: faciei

μίᾳ, τετανὸν δὲ καὶ στίλβον, ἔτι δὲ εὔχρουν τὸ πρόσωπον καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀποτελεῖ· σμήχει δὲ ἀντὶ νίτρου ἐν βαλανείῳ.

Κεφ. ροδ΄. (ροε΄.) [Περὶ σελινουσίας.] Τὰ αὐτὰ δὲ ποιεῖ καὶ ἡ σελινουσία γῆ· ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ ἄγαν στίλβουσα καὶ λευκὴ, εὔθρυβὴς δὲ καὶ ταχέως ἄγαν χυλουμένη, ἐπειδὰν ὑγρὸν λάβῃ.

Κεφ. ροε΄. (ροϛ΄.) [Περὶ κιμωλίας γῆς.] Τῆς δὲ κιμωλίας ἡ μέν ἐστι λευκὴ, ἡ δὲ ἐμπόρφυρος, καὶ λιπαρίαν τινὰ ἔμφυτον κεκτημένη, πρός τε τὴν ἁφὴν κατάψυχρος, ἣν ἀρίστην ἡγητέον· ἑκάτεραι δὲ διαφοροῦσιν, ὄξει διεμέναι, παρωτίδας καὶ τὰ ἄλλα φύματα· πρός τε τὰ πυρίκαυστα ποιοῦσιν ἐπιχριόμεναι παραχρῆμα, ὥςτε ἀφλυκταίνωτα διατηρεῖν τὰ πεπονθότα μέρη· καταστέλλουσι δὲ καὶ διδύμων σκληρίας καὶ φλεγμονὰς τὰς περὶ ὅλον τὸ σῶμα· ἔτι δὲ ἐρυσιπέλασιν ἐνίστανται· καθόλου δὲ πολύχρηστοι εἰσὶν αἱ γνήσιοι, ἐὰν μὴ νόθοι παραλαμβάνωνται.

Κεφ. ροϛ΄. (ροζ΄.) [Περὶ πνιγίτιδος γῆς.] Ἡ δὲ λεγομένη πνιγῖτις γῆ, τῇ χρόᾳ ἔοικέ πως τῇ ἐρετριάδι· ἔστι δὲ ἁδρόβωλος, ψυκτικὴ πρὸς τὰς τῶν χειρῶν ἐπιβολάς· τῇ

ac totius corporis cutem laevem, nitidam et boni coloris reddit: denique in balneis pro nitro deterget.

Cap. CLXXIV. (CLXXV.) [*De selinusia.*] Idem effectus et selinusiae: optima est, quae valde splendet, candida est, friabilis, ac quae citissime in succum solvitur, cum primum humore diluitur.

Cap. CLXXV. (CLXXVI.) [*De cimolia terra.*] Cimolia quaedam est candida, altera purpurascens, innata quadam pinguitudine, et tactu frigida sentitur: quae optima existimator. Utraque aceto diluta parotidas discutit et alia tubercula: ambustis confestim inuncta partes affectas a pustularum eruptione vindicat: testium duritias totiusque corporis inflammationes cohibet; quin et repugnat erysipelatibus. Generatim multiplici sunt in usu, dummodo genuinae ac minime spuriae assumantur.

Cap. CLXXVI. (CLXXVII.) [*De pnigitide terra.*] Quae pnigitis dicitur, colore quodammodo eretriada aemulatur. Crassiusculis praedita est glebis: si quis manus ad-

δὲ γλώσσῃ μάλιστα κολλᾶται, ὡς ἐκκρεμᾶσθαι. Δύναμιν δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει τῇ κιμωλίᾳ, βραχὺ τῆς εὐτονίας ὑστεροῦσα· ταύτην ἀντὶ ἐρετριάδος τινὲς πιπράσκουσι.

Κεφ. ροζ'. (ροη'.) [Περὶ ὀστράκων.] Ὄστρακα δὲ τὰ ἐξ ἰπνῶν τὰ λίαν κάτοπτα, ἐσχαρωτικά· ὅθεν ἐπιχριόμενα σὺν ὄξει κνησμοὺς καὶ ἐξανθήματα ἰᾶται, καὶ ποδαγρικοὺς ὠφελεῖ· ἀναληφθέντα τε κηρωτῇ, χοιράδας διαφορεῖ.

Κεφ. ροη'. (ροθ'.) [Περὶ τῆς ἐκ τῶν καμίνων γῆς.] Καὶ ἡ ἐκ τῶν καμίνων δὲ κάτοπτος γῆ πυῤῥὰ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τοῖς ὀστράκοις.

Κεφ. ροθ'. (ρπ'.) [Περὶ μηλίας γῆς.] Ἡ δὲ μηλία τὴν μὲν χρόαν καὶ αὐτή ἐστιν ἐμφερὴς ἐρετριάδι τῇ σποδοειδεῖ· ἔντραχυς δὲ καὶ παρατριβομένη τοῖς δακτύλοις, ὡς ψιθυρισμόν τινα ἀποτελεῖν ὅμοιον ψωχομένῃ[16] κισσήρει· τῇ δὲ δυνάμει στυπτηριώδης ἐστὶν, ἀνειμένως δὲ μᾶλλον· ὃ δὲ καὶ διὰ τῆς γεύσεως ἐμφαίνει· ἀναξηραίνει δὲ καὶ τὴν γλῶσσαν πραέως· δύναται δὲ καθαρὸν καὶ εὔχρουν ἀποτελεῖν τὸ

16) Ald. ψυχομένῃ.

moveat, refrigerans: tactu linguae usque adeo glutinatur, ut pensilis haereat. Vim eamdem habet, ac cimolia, paullo tamen infirmior. Hanc pro eretriade nonnulli vendunt.

Cap. CLXXVII. (CLXXVIII.) [*De testis.*] Testae e fornacibus, vehementer tostae, crustas ulceribus obducunt: prurigini et exanthematibus ex aceto inunctae medentur. Podagricis etiam prosunt, et strumas, cerato exceptae, discutiunt.

Cap. CLXXVIII. (CLXXIX.) [*De terra fornacum.*] Fornacum terra, quae quidem retosta rufescit, eamdem habet cum testis efficaciam.

Cap. CLXXIX. (CLXXX.) [*De terra melia.*] Imitatur et melia colore eretriam cineream: aspera autem est, ac, dum digitis atteritur, stridorem edit, qualem pumex, quando deraditur. Vim habet aluminosam, sed potius remissiorem, id quod et gustu deprehenditur. Leniter quoque linguam tactu siccat. Corpus mundum ac probe coloratum reddit: pilos extenuat: vitiligines ac le-

σῶμα· λεπτύνει δὲ καὶ τὰς τρίχας, καὶ ἀλφοὺς καὶ λέπρας σμήχει· χρησιμεύει δὲ καὶ ζωγράφοις πρὸς πλείονα παραμονὴν χρωμάτων, καὶ χλωραῖς δυνάμεσι συνεργεῖ· ταύτης δὲ καὶ κοινῶς ἁπάσης γῆς τὴν ἄλιθον ἐκλεκτέον καὶ πρόσφατον, μαλακήν τε καὶ εὔθρυβῆ καὶ εὔλυτον, ὅταν ὑγροῦ θίγῃ.

Κεφ. ρπ΄. (ρπα΄.) [*Περὶ ἀμπελίτιδος γῆς.*] Τῆς δὲ ἀμπελίτιδος γῆς, ἥν τινες φαρμακῖτιν καλοῦσι, γεννωμένης ἐν Σελευκείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν, τὴν μέλαιναν προκριτέον, ἣ πευκίνοις ἄνθραξι μακροῖς[17] ἐμφερής ἐστιν, ὑποσχιδακώδης τε καὶ στίλβουσα ἴσως· ἔτι δὲ οὐδὲ βραδέως τηκομένη, ὅταν λεανθείσῃ ἐπιχυθῇ ποσῶς ἔλαιον· τὴν δὲ λεπτὴν[18] καὶ τεφρώδη καὶ ἄτηκτον φαύλην ἡγητέον. Δύναμιν δὲ ἔχει διαχυτικὴν καὶ ψυκτικήν. Παραλαμβάνεται δὲ καὶ πρὸς καλλιβλέφαρα καὶ βαφὰς τριχῶν· καὶ τὰς τῶν ἀμπέλων χρίσεις πρὸς τὴν τῆς ἐκβλαστήσεως ὥραν, κτείνουσα τοὺς ἐπιγινομένους σκώληκας.

17) Ex Oribas. Ruell. loco vulg. μικροῖς.

18) Sic Oribas. et cod. X.; vulgo λευκήν.

pras exterit. Pictoribus etiam usum praebet, ut colores diutius perennent. Emplastris viridibus efficaciter inseritur. Ex hac terra et ex omni alia eligenda est, quae lapidibus careat, recens, mollis sit ac friabilis, quaeque, cum humorem attigerit, facile solvatur.

Cap. CLXXX. (CLXXXI.) [*De ampelitide terra.*] Ex ampelitide terra, quam pharmacitin quidam nominant, quaeque ad Seleuciam Syriae nascitur, laudatur inprimis nigra et longos piceae carbones referens, in assulas quodammodo fissilis et aequaliter splendens: quaeque insuper trita cito liquescit, si olei aliquantulum affundatur. Vitiosa censetur tenuis, cinerea, quaeque minime liquescit. Vim habet dissipantem et refrigerantem: additur remediis, quae palpebras decorant et pilos inficiunt. Est et eius usus ad illinendas vites, dum germinant; quippe quae supervenientes vermiculos enecet.

Κεφ. ρπα΄. (ρπβ΄.) [Περὶ ἀσβόλης.] Ἀσβόλη, ᾗ οἱ ζωγράφοι χρῶνται, λαμβάνεται μὲν ἐκ τῶν ὑελουργείων[19]· διαφέρει γὰρ αὕτη. Δύναμιν δὲ ἔχει σηπτικὴν, στυπτικήν[20]· ἀπουλοῖ δὲ καὶ κατάγματα σὺν ῥοδίνῃ κηρωτῇ.

Κεφ. ρπβ΄. (ρπγ΄.) [Περὶ μέλανος.] Μέλαν, ᾧ γράφομεν, σκευάζεται[21] ἐκ λιγνύος συναγομένης ἐκ δαδίων· μίγνυνται δὲ πρὸς οὐγγίαν α΄[22] τοῦ κόμμεως οὐγγίαι τρεῖς λιγνύος· σκευάζεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ῥητίνης λιγνύος καὶ τῆς προειρημένης ζωγραφικῆς ἀσβόλης· δεῖ δὲ τῆς μὲν ἀσβόλης μνᾶν μίαν λαμβάνειν, κόμμεως δὲ λίτραν μίαν ἥμισυ, ταυροκόλλης οὐγγίαν μίαν ἥμισυ, χαλκάνθου οὐγγίαν μίαν ἥμισυ. Ἁρμόζει δὲ εἴς τε σήπτας καὶ πυρίκαυστα, καταχριόμενον μεθ' ὕδατος παχὺ, καὶ ἐώμενον ἄχρις ἀπουλώσεως· ἀποπίπτει γὰρ αὐτόματον, ὑγιασθέντων τῶν ἑλκῶν.

19) Sarac. et J. G. Schneider in lex. sic emendant vulg. ὑελουργῶν. Paull. Aeg. lib. 7. p. 232. ὑελουργιῶν.

20) Sic omnes Saraceno priores. Is e Paullo δριμεῖαν posuit. Plura tamen Aegineta habet, quae a Diosc. aliena videntur: δριμείας δυνάμεώς ἐστιν, ὥςτε καὶ καίειν καὶ σήπτειν l. σήπειν. Cod. X. καυστικήν.

21) Loco vulg. συνάγεται Sarac. suasit.

22) Ald. et cod. Par. τὴν λίτραν habent; Asulan. recte nostram scripturam.

Cap. CLXXXI. (CLXXXII.) [*De fuligine.*] Fuligo, qua pictores utuntur, e vitrariis officinis petitur: praestat enim. Vis ei exedens est et astringens. Fracta itidem cum cerato rosaceo ad cicatricem perducit.

Cap. CLXXXII. (CLXXXIII.) [*De atramento.*] Atramentum, quo scribimus, e fuligine taedarum collecta conficitur. In singulas gummi uncias ternae fuliginis unciae adiiciuntur. Fit etiam e resinae fuligine et pictoria illa modo dicta. Huius fuliginis autem sumi oportet minam unam, gummi sesquilibram, taurini glutinis et chalcanthi singulorum sesquiunciam. Idoneum est ad septica: et confert ambustis ex aqua paullo crassius inunctum et tamdiu dimissum, donec cicatrix obducatur: sanatis nimirum ulceribus sponte sua excidit.

Καὶ δὴ σχεδὸν, ἐφ' ὅσον ἱκανὸν ἐδόξαμεν, ὦ φίλτατε Ἄρειε, ἅμα εἶναι καὶ μήκους συντάξεως καὶ πλήθους ὕλης τε καὶ βοηθημάτων ταμιεύσασθαι, ἅλις ἔχει.

Τέλος τοῦ τῶν ὑλικῶν βιβλίου πέμπτου καὶ τελευταίου.

Atque iam, carissime Aree, tum pro operis modo, quem proposueramus, tum pro materiae auxiliorumque copia, quam colligere licuit, hucusque dicta sufficiant.

Libri quinti et ultimi de materia medica finis.

Π Ι Ν Α Ξ

ΤΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΥΛΙΚΟΙΣ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ.

[*Τὰ ἐν ἀρχῇ κυρία γράμματα ὑποδεικνύει τὰ τῶν φυτῶν ὀνόματα.*]

INDEX

EORUM, QUAE HIS LIBRIS CONTINENTUR.

Folgende Werke sind bei mir erschienen, und durch alle Buchhandlungen zu erhalten:

Albers, F. J. H., die Pathologie und Therapie der Kohlkopfskrankheiten. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Angeli, der junge Arzt am Krankenbette, nach dem Ital. für deutsche Aerzte bearbeitet von Dr. Choulant. 8. 16 gr.

Aretaei Cappadocis opera omnia, ed. Dr. C. G. Kühn. gr. 8. 1828. 5 Thlr.

Arndt, W., Beiträge zu den durch animalischen Magnetismus zeither bewirkten Erscheinungen. Aus eigner Erfahrung. N. A. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Bell, John, über die Natur und Heilung der Wunden; aus dem Engl. umgearbeitet und mit Anmerkungen und Zusätzen von Dr. J. C. Fr. Laune. 2 Theile. gr. 8. 1 Thlr. 6 gr.

Celsus, A. C., von der Arzneiwissenschaft, in 8 Büchern. Aus dem Latein. übersetzt, mit dem Leben des Celsus, nach Bianconi, u. einigen erläut. Anmerk. versehen. gr. 8. 1 Thlr. 16 gr.

Cerutti, L., Beschreibung der patholog. Präparate des anatomischen Theaters zu Leipzig, nebst einem Kupfer. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Choulant, Dr. J. L., decas 1 et 2 pelvium spinarumque deformatorum, adjectis nonnullis annotationibus. 4. 18 gr.

Cicero, M. T., de officiis libri tres. rec. F. G. Born. gr. 8. 1 Thlr. 8 gr.

Copeland, T., Bemerkungen üb. die Zufälle u. die Behandlung der Krankheiten des Rückgrathes, besonders im ersten Zeitraume desselben. A. d. Engl. von C. Hesse. gr. 8. 12 gr.

Falconer, Dr. W., Abhandlung von der Wirksamkeit des luftsauren alkalischen Wassers in Steinkrankheiten und andern Beschwerden der Harnwege. 8. 16 gr.

Galeni, Claudii, opera omnia, ed. C. G. Kühn. Tom. I — XVIII. 8 maj. 5 Thlr. pr. Band.

Hamilton's, R., Beobachtungen über die Skrophelkrankheiten Drüsenverhärtung, Krebs und engl. Krankheiten, aus dem Engl. übersetzt. gr. 8. 12 gr.

— — Bemerkungen über den Nutzen u. die Anwendung der abführenden Mittel in verschiedenen Krankheiten; aus dem Engl. nach der 6ten Ausgabe von J. Müller. gr. 8. 1 Thlr. 6 gr.

Hippocratis, opera omnia; ed. Dr. C. G. Kühn. 3 Tomi. 8 maj. 15 Thlr.

Horatii, R. F., de arte poetica ed. Schelle. 8 maj. 21 gr.

Hufelands, Dr. C. W., neueste Annalen d. franz. Arzneikunde und Wundarzneikunst. 3 Bde. mit Kupfern. gr. 8. 5 Thlr. 6 gr.

Jörg, Dr. Joh. Chr. Gottfr., Handbuch der Krankh. des Weibes, nebst einer Einleitung in die Physiologie u. Psychologie des weiblichen Organismus; mit 1 Kupf. gr. 8. 2te Aufl. 3 Thlr. 18 gr.

— — kritische Hefte für Aerzte und Wundärzte. gr. 8. 3 Hefte. 1 Thlr. 19 gr.

— — Materialien zu einer künftigen Materia medica. 1r Theil. gr. 8. 2 Thlr. 12 gr.

— — Handbuch zum Erkennen und Heilen der Kinderkrankheiten, nebst der Physiologie, Psychologie und diätetischen Behandlung des Kindes. gr. 8. 4 Thlr. 12 gr.

Köhlers, Dr. J. V. H., Anleitung zum Verband u. zur Kenntniss der nöthigen Instrumente in der Wundarzneikunst; mit Kupfern. gr. 8. 2 Thlr.

Kohlrusch, Dr. G. Fr., commentatio, chirurgica, sistens exstirbationem steatomatis in pelvis cavitate radicantis, cum 3 tab. aen. 4. 12 gr.

Königs, Dr. G., praktische Abhandl. üb. die Krankheiten der Nieren, durch Krankheitsfälle erläutert. 1826. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Krimer, Dr. W., Untersuchung über die nächste Ursache des Hustens, mit Beziehung für die Lehre von Athemholen und vom Croupp. Herausgegeben von Fr. Nasse. gr. 8. 12 gr.

— — Physiologie des Blutes. gr. 8. 1 Thlr. 16 gr.

— physiol. Untersuchungen. Mit 3 Kupfern. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Kühn, M. O. B., Versuche einer Antropochemie. gr. 8. 21 gr.

Loders, Dr. von, einige Bemerkungen über die Aerzte und ärztlichen Anstalten Italiens, im Jahre 1811. gr. 8. 2 Thlr. 6 gr.

Müller, Dr. J., de respiratione foetus. Comment. physiol., cum tab. aen. 1823. 8 maj. 1 Thlr.

— — zur vergl. Physiologie des Gesichtssinnes des Menschen und der Thiere, nebst einem Versuch über die Bewegungen der Augen und über den menschlichen Blick. 1826. gr. 8. mit 8 Kupfern. 3 Thlr. 12 gr.

Nasse, Fr., von der Stellung der Aerzte im Staate. gr. 8. 2 Thlr.

Neumanns, K G., Erkenntniss und Kur in Krankheiten des Vorstellungs-Vermögens. gr. 8. 1 Thlr. 18 gr.

Panegyrici veteres quod ex codice Ms. librisque collatis rec. C. G. Schwarzii. 2 Tomi. 8 maj. 3 Thlr.

Phercydis fragmenda, emendavit et illustravit; comment. et ind. adj. F. G. Sturz. 8 maj. 1 Thlr. 4 gr.

Plinii epistolarum libri IX. ed. Titze. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Reichenbach, G. H. L., conspectus regni vegetabilis per gradus naturales evolut. 8 maj. 1 Thlr. 12 gr.

Rush, Dr. B., medizinische Untersuchungen u. Beobachtungen über die Seelenkrankheiten. Nach der 2ten Aufl. bearbeitet mit Anmerkungen von Dr. G. König. 1825. gr. 8. 1 Thlr. 12 gr.

Schelle, K. G., welche alte klassische Autoren soll man auf Schulen lesen. 2 Bde. 8. 3 Thlr. 12 gr.

Schneegass, Dr. C. P., über die Erzeugung oder Aufzählung und Beurtheilung aller bisherigen Zeugungstheorien, nebst einer neuen und vollständigen Erklärung dieses bewundernswürdigen Geschäftes der Natur. 8. 16 gr.

Thucydides de bello peloponnens. lib. VIII. rec. Goeller. 2 Tomi. gr. 8. 6 Thlr.

Voigtels, F. G., vollständ. System der Arzneimittellehre. Herausgegeben von C. G. Kühn. gr. 8. I und II. 1 — 3. 7 Thlr. 12 gr.

Wiesmann Commentatio de coalitu partium a reliquo corpore humano etc. 4. 18 gr.

Windischmann, C. J. H., über Etwas, das der Heilkunst noth thut. Ein Versuch zur Vereinigung dieser Kunst mit der Philosophie. gr. 8. 1 Thlr. 18 gr.

Wildberg, J. C. L., Rhapsodien aus der gerichtlich. Arzneiwissenschaft, nebst einem Anhange, einen neuen Vorschlag zu einer Anstellung der Lungenprobe enthaltend. gr. 8. 16 gr.

— — Versuch eines Lehrbuchs der medizin. Rechtsgelahrtheit, zum Unterricht für Rechtsgelehrte. gr. 8. 1 Thlr. 6 gr.